eisdem a fidelibus nisi quo ad dictum veniendum ad concilium sub interminatione divini iudicii quolibet obediatur // Quod si forte electionem Romani pontificis per metum seu pressionem fieri contingat ipsam nullius decernimus efficacie vel momenti nec posse per sequentem consensum etiam metu cessante ratificari vel approbari / Non tamen liceat Cardinalibus ad electionem procedere nisi ille sic electus forte renunciet vel decedat donec per generale concilium de electione illa fuerit iudicatum et si procedant nulla sit electio ipso iure sintque sic eligentes et electus si se papatum ingesserit omni dignitate honore et statu etiam papali cardinalatus et pontificali ipso iure privati et inhabiles de cetero ad easdem Sed liceat primo et teneatur collegium totum aut saltem maior pars ipsorum iam potioribus in hoc tamen audientia ad evitandum scandalum declinationis denegari quam cito sine periculo personarum poterunt etiam si periculum eum bonorum immineat / retrahere seque ad locum tutum et metum predictum allegare / nec ultra proximum concilium futurum illo modo possint differre. teneantur insuper postquam se retraxerint et metum allegaverint modo predicto convocare sic electum ad concilium quod si ultra annum pendeat a die convocationis huiusmodi intelligatur ad annum ut supra ipso iure terminus breviatus et nichilominus teneatur electus ipse sub penis predictis et cardinales convocantes sub amissionis cardinalatus et omnium bonorum suorum quam ipso facto incurrant infra mensem a die convocationis concilium ipsum ut supra dictum indicere et publicare et quam citius poterunt intimare et ad locum concilii ipsi convenienti personaliter se transferre Et usque ad finem cause expectare Teneantur quoque prelati et ceteri ut supra ad convocationem cardinalium tantum si forte electus convocare cessaret accedere qui sic electus post convocationem predictam / nisi in convocando concilium ut prefertur omiserit se in papatum [illegible] valeat nec sibi a quo fidelibus sub interminatione divini iudicii interim nisi quo ad conveniendum ad concilium quolibet obediatur Quod si infra annum ante diem indicti concilii contingat supradictum casum vel quod plures se gerant pro papa vel quod unus per metum eligatur censeantur ipso iure tam gerentes se pro papa quam electus per metum Et cardinales ad idem concilium convocari / teneantur quod in ipso concilio comparere personaliter causam exponere et iudicium concilii expectare Sed si in dictis casibus contingentibus contingat forte casus aliquis quo necesse sit locum concilii mutare obsidionis vel guerre aut pestis aut similis / teneantur nichilominus tam omnes supradicti quam omnes prelati ceterique qui ad concilium ire tenentur ad locum proximiorem qui sit habilis ad concilium convenire possit quam maior pars prelatorum qui infra mensem ad locum certum declinaverint [illegible] illum sibi et aliis pro loco

concilii deputandus ad que ceteri conveniunt teneatur ac si a principio
fuisset deputatus. Concilium autem ut prefertur convocatum et congre-
gatum de huiusmodi scismatis causa cognoscens et in contumacia eorum
seu gerentium se pro papa seu cardinalium si forte venire
neglexerint lite dirimant canonice diffiniat, ac culpabiles in
scismate procurando seu nutriendo vel in administrando aut obe-
diendo vel administrantibus favendo seu contra interdictum super eo
eligendo vel calumpniosos allegando metum etiam ultra potestatis
penas cuiuscumque gradus status seu preeminentie existant eccle-
siastice vel mundane sic puniat ut in ducte rigor transeat ceteris
in exemplum adicientes quod fine cuiuslibet concilii generalis hoc decretum
solempniter legatur et in ~~notetur~~ novetur.

Professio Bonifatii VIII que habet poni ut de cetero per assu-
mendos pontifices fiendos fiat ~~addi~~ additis illis de quibus in pre-
cedentibus constitutionibus que videbitur.

In nomine domini sancte et individue trinitatis amen. Anno dominice incar-
nationis millesimo ~~ducentesimo~~ trecentesimo quartodecimo indictione VII. Ego Benedictus
Gaytanus sancte Romane ecclesie diaconus cardinalis et electus in
summum per gratiam Dei huius sancte apostolice sedis humilis minister profiteor tibi
beate Petre apostolorum princeps cui clavis regni celestis ad ligandum
atque solvendum in celo et in terra creator atque redemptor omnium Ihesus
Christus tradidit inquiens: Quecumque ligaveris super terram erunt ~~soluta~~
ligata. et in celis et quecumque solveris super terram erunt soluta et in celis,
sancteque ecclesie tue quam hodie tuo presidio regendam suscepi, quod quam-
diu in hac misera vita constitutus fuero ipsam non deseram, deseram
non derelinquam non abnegando vel abdicando aliquatenus neque
ex quacumque causa et cuiuscumque metus vel periculi occasione di-
mittam vel me segregabo ab ipsa, sed vere fidei rectitudinem
quam Christo auctore tradente per te et beatissimum coapostolum tuum Pau-
lum quoque per discipulos et successores vestros usque ad exiguitatem meam
planam in tua sancta ecclesia reperi totis conatibus meis usque ad animam
et sanguinem custodire, tam de sancte et individue trinitatis misterio
que unus est deus, quamque pro dispensatione que secundum carnem facta
est unigeniti filii dei domini nostri Ihesu Christi. Et de ceteris ecclesie dei dog-
matibus sicut in universalibus conciliis et constitutionibus apostolicorum ponti-
ficum probatissimorum quam ecclesie doctorum scriptis sunt commendata,
id est quecumque sunt ad rectitudinem vere nostreque orthodoxe
fidei a te traditionem ~~accipimus~~ accipimus conservare. Sancta

quoque octo universalia concilia id est Nicenum Constantinopolitanum
Ephesinum primum Calcedonensem quintum quoque et sextum Item Constan/
tinopolitanum et septimum Item Nicenum octavum quoque Item Constan/
tinopolitanum usque ad unum apicem in mutilata servare et pari honore
et veneratione digna habere et que predicaverunt et statuerunt omnimode
sequi et predicare quecumque condempnaverunt condempnare ore et corde / Dilige/
ntius autem et vivacius omnia que dum vixero decreta canonica predeces/
sorum apostolicorum nostrorum pontificum / quecumque vel synodaliter statuerunt et
probata sunt confirmare et indiminuta servare et sicut ab eis statu/
ta sunt in sui vigoris stabilitate custodire quecumque vel quoscumque condempnaverunt
vel abdicaverunt simili sententia condempnare vel abdicare disciplinam et ritum ecclesie
sicut inveni et a sanctis predecessoribus meis canonice traditum reperi
quamdiu michi vita comes fuerit illibata custodire et indiminu/
tas res ecclesie conservare neque alienare seu in feudum aut censum vel
emphiteosim dare cuilibet et quantumcumque ceterum et ut indiminute
custodiantur operam dare Nichil de traditione quam a probatissimis
predecessoribus meis traditam et servatam reperi diminuere vel mutare
aut aliquam novitatem admittere sed ferventer ut eorum vere discipulus et
discipulus et sequipeda totis mentis mee conatibus que tradita ca/
nonice comperi observare ac venerari Si qua vero emerserint contra
canonicam disciplinam filiorum meorum sancte Romane ecclesie Cardinalium
tunc quorum consilio et consensu directione et memoratione insuper/
rius meis gerere et per agam concilio emendare aut parentum ex/
cepta fidei aut christiane religionis gravi offensione tua et bea/
tissimi apostoli tui pauli patrocinante intercessione tollerare
Sacrosque canones et canonica instituta pontificum ut divina
et celestia mandata / deo auxiliante custodire ut pure deo et
tibi sciens me redditurum de omnibus que confiteor et quamdiu vix/
ero egero vel obmisero / districtam in divino iudicio rationem
Cum sanctissime sedi divina dignatione te patrocinante presideo
et vite intercessionibus tuis adimpleo Eris autem michi in illa ter/
ribili die propicius hec conati et diligenter servare curanti Ad/
iutorium quoque ut prebeas obsecro in corruptibili vita constituto et
incomprehensibilis apparentia / ante conspectum iudicis omnium domini nostri ihesu
christi / dum terribiliter de celis advenerit habeatur pro conabi/
li si stare in curia regis vel principis que effect voluntarius in
quibus stare oportet litteris Et si episcopi et alii inferiores fuerint licet

iudicare ut facias me dextere participem partis et mihi fi
delis quos discipulos ac successores tuos esse constituerem. Hanc
autem professionem per notarium et primarium sancte Romane ecclesie
me iubente scriptam propterea manu scripsi et tibi beate
petre et apostolorum principis omnium pura mente et devote con
stitui super sanctum corpus et altare tuum sinceriter offero.
Actum Rome mense Anno et indictione quibus supra etc.

De gratiis quas papa non faciat
nisi modo infrascripto

Cum antiqui et laudabilis moris fuerit ut maiores
ecclesie cause per summum pontificem sine ~~consilium~~ cardinalium sancte Romane
ecclesie consilio et assensu disponi non deberent. Unde etiam ipsi
cardinales in hac quasi possessione esse dignoscuntur quod eorum
consilio sint per Romanos pontifices ardua negotia tractanda
et terminanda ad quod etiam indicandum vetusti moris fuit
ut assensum ipsum subscriptionibus declararent. Ideo predicti de
creto more ipsum laudabilem renovantes. Statuimus ut
Romanus pontifex sine consensu et subscriptione saltem maioris
partis cardinalium collegialiter facta infrascripta aliqua ~~decreta~~
non disponat. ut causarum sibi decisiones sanctorum canoni
zationes erectiones constitutiones seu suppressiones divisio
nes subiectiones. Uniones ecclesiarum cathedralium et monaste
riorum promotiones / cardinalium creationes patriarcharum archiepiscoporum
episcoporum et abbatum. Salvo iure constitutionis sacrorum ordinum simile
regnorum provinciarum et aliarum nonarum ~~confirmationum~~ exemptionum l. gratiarum
hactenus per Romanos pontifices ecclesiis monasteriis collegiis
et aliis locis concessarum revocationes. Exceptiones etiam no
vas et speciales ecclesiis monasteriis seu capitulis usque ad tempora
futura eciam non concedat sine cause cognitione et vocatis
ordinariis quorum interest locum non habeat in ecclesiis monasteriis seu capitulis
de novo edificandis seu construendis que possit ~~...~~ eximi
privilegia specialia immunitates vacantiis et ...

terrarum ecclesie Romane constitutiones feudorum arrendamenta et alienationes Bella Legationes de latere per capitulum et maiorem partem Legatorum de latere singulorum deputationes et quecunque ardua pertinentia ad statum universalis ecclesie. Decernentes ut gesta preter vel contra formam premissorum sint nulla ipso iure nec eis a catholicis in aliquo pareatur

Vel fiat supradicta constitutio per modum additionis ad professionem Bonifacii octavi supra proxime positam mutatis verbis in prima persona. Et hoc forte esset honestius quam per constitutionem Et posset addi ad professionem etiam quod sequitur videlicet Rectores administrandum provincias et civitates terre Romane nisi cardinales aut prelatos non mittam Camerariatum aliquem terre nisi ad triennium non concedam. Et ad custodiendum castra vel arces ecclesie Romane non mittam aliquem consanguineum vel affinem nec aliquos alios ultra triennium duraturos

Ad idem

Quia decet Romanum pontificem ministerium suum tam distribuere quam exercere cum venerabilium fratrum suorum Cardinalium in magnis et arduis qualibus in maioribus consilio et consensu uti. Intendens sacrosancta generalis synodus Constantiensis Romanam et aliarum terrarum nostrorum et aliorum locorum piorum futuris dispendiis consideratione pertentorum ecclesiam dei scandalizantium obviare Statuit diffinit et ordinat quod deinceps ipse Romanus pontifex sine consilio et assensu generalis concilii fructus vel redditus possessiones castra civitates villas

opida census pensiones canones seu alia bona que
cunque immobilia vel mobilia preciosa Romane et
aliarum ecclesiarum monasteriorum seu aliorum locorum ecclesiasticorum
quorumcunque predictorum in perpetuum seu ad tempus magnum
quod intelligatur decem annorum contra iuris
formam non alienet nec impignoret seu de novo
infeudet aut in emphiteosim vel affectum assignet
nec vel pensiones census aut canones ecclesiarum
monasteriorum et locorum predictorum remittat aut ad
solutionem eorum terminum ultra biennium prorogat
seu concedat translationes antistorum patriarcharum archiepiscoporum
seu episcoporum non faciat. Ubi tamen immineret
scandalum et periculum ecclesie expectando
celebrationem futuri proximi concilii generalis licitum
sit Romano pontifici cum consilio et consensu
cardinalium seu maiore parte eorum absque translatione
facienda de iuncto scandalo huiusmodi providere.
Annum etiam Jubileum seu plene remissionis
omnis non mutet sed concurrit sicut anno quinquagesimo
ut alias fuit statutum nec mutari possit nisi
in concilio generali Et si contrarium premissorum vel cuiuslibet
fecerit id sit ipso facto auctoritate huius sancte
synodi irritum et inane

Contra symoniacos

Contra labem Symoniace pestis que dolor concilium
plurimum dominatur multa remedia per apostolicos pontifices
et sacra concilia hactenus excogitata fuerunt
salubriter que tamen propter temporum corruptionem crescente
malitia ut experientia docet optatum non attulerunt effectum.
Volentes igitur quantum possumus radicitus pestem
huius penitus exstirpare hoc perpetuo decreto statuimus
quod quicumque de cetero cuiuscumque status gradus
conditionis ordinis preeminentie fuerit etiam si
episcopali archiepiscopali patriarchatus Cardinalatus dignitate
prefulgeat qui de cetero symonie crimen in Romana
curia vel extra sive dando sive recipiendo
sive promittendo sive paciscendo sive mediando
commiserit / ipso facto omni dignitate officio ecclesiastico
pastorali et omnibus beneficiis suis perpetuo sit privatus
possintque beneficia sua tamquam vacantia libere conferri
et impetrari. Prelati vero qui ad custodiam gregis ad
propugnandum vicia ecclesiam dei positi sunt cogitent
quantum offendant si in executione huius decreti negligentes
extiterint. Et nichilominus ne talis negligentia
sine debita pena pertranseat cum ex hoc videantur aliena
crimina sua facere. Statuimus ut de tali negligentia
contra prelatos huiusmodi procedi possit et
debeat etiam ad privationem prout qualitas negligentie
id exposcat. Layci autem qui in huiusmodi culpa

bules fuerunt excommunicationem incurrant ipso iure

De numero et modo assumptionis Cardinalium et qualitate assumendorum

Quia plerumque multitudo superflua confusionem inducit
confusione coherentem Statuimus ut deinceps numerus cardina
lium sancte Romane ecclesie in futurum assumendorum duode
et octo non excedat. Sint autem viri in scientia moribus [margin: / et scientia sa / decreta peritia / qua supra]
et rerum experientia excellentes qui non minores sint
triginta annis. doctores in theologia in iure
canonico vel civili preter admodum paucos qui
forte de stirpe regia vel ducali aut magni
principis oriundi existant non affines seu atti
nentes alicuius cardinalis coniunctis usque ad
quartum gradum inclusive nec de eadem stirpe
familia seu domo vel agnitione nec de uno or
dine religionis ultra unum. non legitime nati non
corpore viciati nec alicuius criminis ut in famie
nota respersi. nec fiat eorum electio per auricula
ria vota solummodo. Sed illi solum eligi et assu
mi possint etiam qui facto scrutinio ac publicato
maiorem partem Cardinalium qui subscriptione in
manus proprie consenserint collegialiter consensisse
Et apostolice litere confirmaverint ut premittitur. Cum etiam modo

Scrutinij et subscriptionis observet. quod aliquis ex
cardinalibus vel alius in Epm Cardinalem as
sumeret Et aliter celebrata Cardinalium assump
cio apud Curi non subsistat

Quod papa etiam pro alio crimine quam
heresis si notorie scandalizat ecclesiam
possit deponi

[..] non debet
[..]cedi sed
[..]u assumpto papa

Romanus pontifex quanto ceteris ecclesie Rectoribus
presidet tanto debet sanctiori vita clariori fama
fulgere Si enim singulis plebibus super incedunt
tales esse debent ut earum estimatione populus
grex dicatur qualem se exhibere debet qui non
cum populo sed universis nec solum populis
sed ipsis pastoribus. pastor est positus. dicente
domino petro. Et tu aliquando conversus confirma
fratres tuos. Exhibeat ergo se presul ille
qui sanctissimus etiam ex officio nominatur. secundum nomine
ita re sanctum Consideret quam difficile sit tenere
sedem petri cum non solum populis sed prelatis sit
positus in exemplum. docere debeat non discipulos
sed vel magistros Eluceat lumen suum in excelso
qui lumina cetera ~~cetera~~ debet illustrare Sit

sol in mundo qui in ecclesia populos ut tenebras / pre-
latos ut stellas purgare debet illuminare atque per-
ficere. teneat autem suam mundissimam semper
xpo comitante in celestibus civibus cooperatus
officio fungitur in terris Si autem quod absit vita
et moribus sit perversus. si oblitus dignitatis sue
et celestis celestibus conversus ad terrena dampna
bellicis et capitalibus criminibus se immisceat
considerat quod lucifer quanto ceteris angelis cla-
rior et perfectior est creatus tanto pro superbitate
sua. severius et irrecuperabilius est prostratus nec
confidat solum divino ac ultimo judicio reser-
vari. quod quanto ceteris atque severius tanto debet
debet humilius trepidantiusque formidari. quia et
per ecclesiam que corpus est xpi deus iudicia
sua ~~ecclesia~~ etiam in hoc mundo exercet et ecclesia
generalis universalem ecclesiam representans iudi-
super commissis salubriter providere. Cupientes / hoc
decreto perpetuo declaramus ac diffinimus quod statuimus
pontificem non solum de heresi. Sed et de symonia
et quocumque alio crimine ecclesiam dei notorie scandalizante

de quo et solempnius monitus saltem per annum post monitionem in ecclesiis appareat. possit per generale concilium puniri etiam per deposicionem a papatu. Monitionem vero non qualibet sed si per duas partes Cardinalium collegialiter sive per tria diversa concilia provincialia diversarum nationum sub diversis regibus consistencium moneatur. Moniti tamen ita ut sufficienter intelligatur teneantur quod sit monitus monitionem suam solempniter publicari

De Reformatione Curie
et officialium predicta

1º Littere apostolice tam de gratia quam de iusticia que expediantur per Cancellariam nec eis adhibeatur fides in iudicio vel extra nisi in cancellaria fuit expedite quod apparcat per signa consueta Exceptis dumtaxat concernentibus negotia Camere apostolice ut consuetum est que tamen inducantur in eadem Camera et signa habeant consueta placet

2º Item quod in bullis ubi dicitur de consilio fratrum etc debet esse subscriptio saltem tertie partis Collegii ad probandum consilium

Audi tores [2°] Plac. cum hoc qd ubi dr. de consensu dicat. de collegio et loco triennii ponatur biennium vel annum in Curia et qd examinentur cum assumuntur et qd habeant stipendia de Camera vel de bursis quinque vel duorum flor. in. et qd non stent cum Cardinali in domo et qd sint de promotis et in sacris ordinibus constituti

Penitentiarii de cetero assumantur de consensu maioris partis
3° Cardinalium et sint magistri in sacra pagina vel doctores placet
in Jure aut Illustres et in sacris ordinibus et non ultra
septem sint sicut antiquitus consueverunt

Advocati etiam assumantur de consensu maioris partis plac. cum hoc
Cardinalium et qui per triennium post doctoratum dr. de consensu de
legerint in aliquo studio generali Et quod moventur ad li consilio et loco
[2°] bertatem vel sint ultra septem vel pauciores duo ponatur biennio
deciam Et jurent non recipere post suas esculenta et in Curia et q
poculenta ultra valorem trium florenorum nunc cum a
tur et q h
stipendia de C
vel de bursis
mediam vel dim
flor. iii et q
stent cum Car
domo et q s
de ordinis promotis
in sacris ordi

4° Scriptores litterarum apostolicarum et penitentiarie assumantur cum
plac. q sit centum diligenti examine et non nisi primo facta reductione ad nu
quo ad grossam merum consuetum qui erat Centum et duo quo ad grossa
et xxiiii quo ad et viginti quattuor quo ad penitentiariam
penitentiariam nec
possint nec sint
coniugati nec scribant
per alium nisi cum Abbreviatores etiam cum examine assumantur et non ultra 6
necessitatem vel in numerum viginti
firmitate que ne
cessitas declaretur Scriptores et procuratores penitentiarie sint sacerdotes cum secreta 1
per vicecancellarium delicta debeant audire placet et additur Idem de clericis placet
vel penitentiarium et
quod unus non habeat ditare sigillatores et Registratores
duo officia

Clerici Camere non sint ultra sex et doctores vel lice 8
ntiati in Jure placet nisi reperiatur alius numerus ordi
natus ante scisma Et in fine additur quod sint dispen
satoribus

9 Correctores litterarum apostolicarum sit unus et doctor excel placet
lens in studio generali et bene expertus in Cancellaria

plac. quod sicut centum quo ad grossam et xxiiii quo ad penitentiariam
nec possint nec sint coniugati nec scribant per alium nisi cum necessitatis
vel infirmitatis que necessitas declaretur per vicecancellarium vel penitentiarium
vel qd unus non habeat duo officia

Capellani
R placet usque ibi ad saltem quod tollantur illa verba usque ad finem et addatur nisi sint magistri in theologia vel in iure seculari nec sint exempti etiam si habeant expressum in camera qui commorantur

10 Auditor contradictarum sit etiam bonus et expertus
placet doctor et assumatur de rota / placet et in fine addatur vel aliunde dummodo sit expertus in scientia iuris

11 Auditor camere similiter sit doctor et probatus bone
placet vite et expertus in curia

12 Acoliti non sint ultra octo et honesti viri placet quod sint sex

13 Subdiaconus sit bonus et magister in theologia vel doctor in iure attento quod magne cause sibi committi consueverunt
placet

14 Cappellani generales sicut in domo pape et ad libratam et mensam et in habitu honesto cappellani vero qui dicuntur honoris revocentur vel saltem privilegia ipsorum etiam si habeant expressum quia sub illa specie prestatur … placet

placet usque ibi vel saltem quod tollantur illa verba usque ad finem et addatur nisi sint magistri in theologia vel in iure seculari nec sint exempti etiam si habeant expressum in camera qui commorantur

Referendarii non sint nisi ultra sex honesti experti et in iure famosi et integerrime vite assumantur cum assensu maioris partis cardinalium placet usque ibi cum assensu dominorum consilio et in fine addatur quod sint diversis nationibus 17

Penitentiarii sint magistri in sacra pagina vel bone vite et digni magisterio etatis xl annorum ad minus
16 et distribuant per singulas linguas competentiam et nichil exigant ut ad dictam alliciant directe vel indirecte
placet et in fine addatur de confessionibus sub pena
quod habeant de camera stipendia consueta et quod ponant … in diebus consuetis

In registro 19 — placet sed quod quo ad placitum notariorum se informent illi minor de quibus etc. xvij

In audientia contradictarum et sacri palatii apostolici
17. causarum seruentur ad unguem constitutiones Johannis
xxij et similiter in Camera et addantur pene
graviores / Committatur quatuor viris qui uideant qui
examinent constitutiones predictas et qui sic legantur
nomina sunt Auditor Camere Episcopus Merseburgensis Ab
bas Badrigi et Robertus Appelton

In registro litterarum apostolicarum nichil recipiatur nisi
18. pro litteris taxatis et pro illis nichil ultra taxam et
fiat competens cita et sub pena et scriptores autem
habeant salarium de publico sicut consueverunt

In registro supplicationum nichil recipiatur pro sup
plicationibus registrandis et si in manu registrato — placet sed quo ad sa
19. ris predicti supplicatio nichil recipiat de sumpto — notariorum se informent
et fiat competens cita et debita sub pena — minor de quibus d c xvij

20 Fiat reductio taxe litterarum apostolicarum et sacre penitentiarie
placet — ad solitum

Item nullatenus teneantur promoveri ad ordines in Curia
nisi pro officialibus Curie qui continue resederint — placet et dicte adde
in Curia per annum et bone conversationis maxime super — beneficia requirentia o
21. statu nisi sint forte aliqui habentes litteras dimissori — et nil omnino recipiat
as a suis ordinariis vel promoti ad Episcopatus — ordinibus sub pena et no
vel Abbatias — dimissorie in Curia ne

quatuor tempora fiat nec
ut plus sacris
nisi promotis ad Episcopa
Abbatias nec pro litteris
ad dictum in Curia ut q

22 Officiales Curie ut scriptores abbreviatores procuratores

Item nullatenus — placet et in fine addatur vel beneficia requirentia ordinem
et nil omnino recipiatur pro ordinibus sub pena et non
dentur dimissorie in Curia nec extra quatuor tempora fiat nec
dentur duo vel plures sacri ordines eadem die nisi promotis ad
Episcopatus vel Abbatias nec pro litteris ad dictum in Curia ut q

Advocati eciam incedant induti tabardis ut anti quitus consueverunt et sub pena placet

fiat

25 Item in curia continue vigeat studium tam in artibus quam in theologia quam eciam in utroque iure et in lit teris grecis hebreicis arabicis et caldeis iuxta clemen tinam et habeant stipendia a camera placet

fiat

28 Item habeant malistallum nobilem iustum et honestum vel sapientem virga ignominiosa sicut aliqui consue verunt careat placet

27 Clerici cappelle alias ceremoniarum sint tantum duo qui sint periti et probi ac experti in ceremoniis curie et qui cognoscant prelatos et stent loco curie et in sessionibus sint attenti et diligentes in officio suo placet

26 Examinator curie sit prelatus honestus qui non querat lucrum sed qui diligenter et fideliter examinet beneficiandos ne promoveantur indigni et detur sit iuramentum duplex unum super diligencia exa minis aliud quod non recipiat pro examine ultra certam taxam

acet et addatur quod sit
tor et quod adhibeatur
igens cautela de exami
dis ut unus non faciat
examinari pro alio et
examinator per se ipsum et
per alium exerceat offi
subscribat se propria manu
quod taxa solutionis exa
respiciatur consideratis
si recipiat duplex taxe
recipiatur minor

fiat

Item quod decetero non fiant magistri vel doctores per bullam apostolicam sine examine sed in studiis generalibus per rigorem examinis et si studium fiat in curia sicut ordinatum est possint fieri doctores sicut in aliis studiis

Examinator

placet et addatur quod sit doctor et quod adhibeatur diligens cautela in examinandis ut unus non faciat se examinari pro alio et quod examinator per se ipsum et non per alium exerceat officium et subscribat se propria manu et quod taxa solutionis examinandorum respiciatur consideratis et si recipiat duplex taxe recipiatur minor

quolibet fiat examen per Cancellarium studii quod ipse
deputabit adhibita solempnitate magistrorum et doctorum in
27 examine sicut in aliis studiis est de more, placet et hec
constitucio infra que incipit ex multis etc. — placet quod in dispositione pape sua familia

Magister hospicii sit miles grandevus nobilis et deo
28 devotus qui sciat honorare duces et nobiles venientes ad
curiam et teneat ordinatam domum quo ad laicos cum eo

placet quod remaneat in dispositione pape de sua familia

Circa constitucionem de xxxii quod auditores videntur
addenda infrascripta quo ad cappam et rochetum portandum
29 semper in publico per auditores bene fiat quod vadant ad ro-
tam vel audienciam vel consilia seu missas et officia alia
papalia vel exequias et funera et alios actus in curia
publicos. Item quod equitando in curia post papam vel duos
Cardinales

placet dummodo non sit tempore pluvioso vel alio tempore quo eis non possit uti — placet dummodo non sit tempore pluvioso vel alio tempore quo eis possit uti

Item quod auditores non sint familiares alicuius Cardinalium
30 nec debeant ad eorum expensas morari quo domum Cardinalium — placet

Et cause auditorum vel notariorum suorum vel advocatorum aut pro-
31 curatorum non committantur auditoribus nisi de voluntate partis adverse — placet

Et causam non audiant in qua fecerunt consilium dederunt nisi
32 de consensu utriusque partis hoc fecerint — placet

34 Et esculenta et poculenta vel ipsorum post finem tantum
mera liberalitate oblata frauduloso recipere valeant prout
consuetum est hactenus licet non dicatur in constitucionibus

placet dummodo non recipiant quod constitutum est in Clementine c. iiii — placet dummodo recipiant ut constitucionem Clementinis c. iiii

Quo ad notarios quatuor auditorum ut addatur videlicet quod duo
35 eligantur auditores alios vel Cancellarium vel unum Cancellarium
et alium Camerarium in eius manibus iurare in camera audi-
torum et notarii

placet quod tollatur de camerario quia non est de antiqua consuetudine — placet quod tollatur de camerario non est de antiqua consuetudine

36 Et de decem notariorum auditor non teneat in domo nisi unum — placet

per quinque diebus recipiendis vel et faciat vel notarios distribu
tiones causarum more solito
Item notarii non scribant per alios nisi iurati fuerint et tunc placet
37. per alium suum non per substitutum
Item officium notarii auditoris rote et notarii auditoris camere sive au
38. ditoris non possint per eundem haberi sit vel unum notarium eorum duobus placet
auditoribus scribere dicentes vel possint notarii auditoris cardina
lium esse in rota ad scribendum eorum auditores
Item notarii examinentur per cancellarium pape decano et duobus placet
39 antiquioribus rote et approbati per eos admittantur tantum
Item notarii in faciendo registrari vel non contineant in registro
aliquo instrumentum commissionem vel alium vel citationem inhibitionem vel
earum continentiam nisi semel tantum et alibi in registro referat
40 se ad alium primo extensam et in continuatione seu relatione continua
tionis citationis et inhibitionis semel vel faciant commissio
nis productione instrumentum in quo inserat tenorem vel partem tenoris eius
si dicant cuius tenores semel vel
41 Item auditores non assumant socium in causis in rota vertentibus placet usque ad
vel que verti sperantur nisi per consanguineos tertii gradus vel tertium gradum
affines in quibus sunt suspecti et tunc continuent rota per consanguineos
42 Auditores vel notarii causas non sollicitent seu procurent in rota
etiam pro consanguineis vel aliis
Item auditores pronuntiantes male appellatum et bene processum
43 per aliquem in curia in casu in quo de iure fienda esset placet
remissio remittant ad iudicem a quo
44. Item citationes et inhibitiones fiant in eadem linea et sub una capitula placet
45. Item non sint faciles ad inhibendum vel ad absoluendum ad cau placet
telam in causis de curia tantum

Sequitur videre de auditoribus camere et eius notariis

Quoniam fuit quondam dispositum quod non reservarentur de cetero spolia prelatorum ac clericorum decedentium nec fructus medii temporis ecclesiarum seu beneficiorum vacantium nec procurationes que ratione visitationum debentur episcopis et aliis prelatis. Verum quia dicte dispositiones hactenus non fuerunt plenarie observate et a nullis posset in dubium revocari an fuerint personales vel perpetue Volentes ecclesiarum ac prelatorum dispendiis providere declaramus dispositiones easdem fuisse ac esse perpetuas et per quoscumque pontifices inviolabiliter observandas. Et nichilominus statuimus ne spolia cardinalium prelatorum ac clericorum quorumcumque in curia vel extra decedentium que etiam inferioribus prelatis competunt [illegible] nec fructus aut proventus qui vacantibus ecclesiis monasteriis aut quibuscumque dignitatibus beneficiis administrationibus aut locis piis medio tempore obvenerint nec procurationes supradicte que ratione visitationum prelatis vel aliis quibuscumque deberentur possint de cetero etiam per commissiones seu concessiones ob causam forte concessas quas tenore presentium revocamus nomine summorum pontificum Camere apostolice reservari [lanati] aut quolibet percipi. Adicientes quod de cetero prelatis et aliis qui ex officio visitare tenentur facultates seu licentias visitandi per procuratorem vel [illegible] per sedem sedem apostolicam aut alium concedatur nisi forte quod ex causa infirmitatis aut alia necessaria personaliter visitare non possint que specialiter in litteris exprimatur alias concessio nullius sit roboris vel momenti. Et concessas hactenus tenore presentium revocamus

Et bonum forte esset addere penam ut prelatus tamdiu [illegible] quo ad officia remaneat suspensus donec per summum pontificem quecumque spolia fuerint plenarie restituta Dicta vero suspensione durante officia per [illegible] per commutationes [illegible] incurrat ipso facto

Et bonum forte [...] penam ut prelatus [...] curia clericus quo a[d] [...] sua remaneat [...] sa donec per su[mmum] [...] tifice huius spo[lia] [...] erunt plenarie [...] tuta dicta vero [...] sione durante of[ficia] [...] [illegible] [...] [illegible] [...] ipso facto

Constitucionibus que circa fructus huiusmodi compu
tandos et generaciones et taxaciones aput alios
retro pontifices et generalia concilia quomodo facta
sunt in suo valore duratura

Ut per sedem apostolicam nulli detur fa
cultas de cetero licenciandi aliquos ad gra
dum magisterii seu doctoratus. Circa

Eos multos iam perduxit ambicio ut qui primas
cupiat cathedras in synagogis gradum sine
suo labore et studio quem sciam querat. Sed a summo
pontifice per ambicionem impetrat cupientes vo
cari Rabi. satisfieri sibi credunt si per bullam apostolicam ma
gisterii sui signum valeant obstentare ex quo co
teptibilis multiplicacio magistrorum et doctorum exori
tur. scientie margarita vilescit. et sermo dei ex
ore prelatus ignorancium populi in devocione con
tepnitur. Volentes igitur huic morbo salubriter
providere ut nec legatis nec nunciis apostolicis seu
generalibus ordinum aut alteri cuicumque persone pre
ter cancellarios in generalibus studiis ordina
tos detur per sedem apostolicam facultas aliquos ad
gradum magisterii seu doctoratus in quacumque fa
cultate de cetero licenciandi vel assumendi. In curia

vero Romanam que privilegium studii generalis ~~per~~ cepit
~~pecit~~ habere. Ita demum ad ~~gradum~~ gradum quemquam licen-
tiari et assumi posse, si in studio dicte curie cur-
sum consuetum auditionis et lectionis repetitionum
et disputationum in illa facultate compleverit. Vel
si extra curiam in aliquo studio generali de quo
et cuius sufficientia in vita et moribus eiusdem
studii cancellarius et doctores seu ~~et~~ magistri facul-
tatis per suas autenticas litteras prestent sufficiens
~~iuramentum~~ documentum et tunc non per bullam seu
commissionem specialem. Sed per alios consuetos offi-
ciales et doctores studii dicte curie cum rigoroso
examine tales ad licentiam vel doctoratum
seu magisterium assumantur. Aliter autem licentia vel
assumptio huiusmodi per bullam commissionem seu faculta-
tem apostolicam facta non valeat nec recipientes
licentiati doctores aut magistri de cetero reputentur.
Et idem intelligatur etiam de doctoribus secula-
ribus

Ut electiones et provisiones
de cetero non fiat per potestates laica

Statutum felicis recordationis Innocentii pape
editum in concilio generali contra electiones
et eligentes ac electionibus consentientes per secularis
potestatis abusum locum habere decernimus in provisio-
nibus quibuscumque etiam per summum pontificem faciendis

quo ad provisionem spectat ac provisionibus consencientes Et
nichilominus dictam electionem et provisionem per pecu
liaris potestatis ab eisdem factam tempori debere
non solum si expressa vis · aut metus fiat elec
toribus aut provisori Sed eciam si preces litteratorie
vel vocales sint · tales quod si non pareatur possunt
electores vel provisor seu provisores · dampna et
incomoda in personis suis vel suorum vel rebus vel
ecclesiis suis verisimiliter formidare Et pub
licetur hec constitucio in singulis synodis et ca
pitulis provincialibus vel saltem generalibus vel
regularibus et alias ubi viderit expedire
Et specialiter cum fuerit ad electionem seu provisionem
procedendum Et ubi in casu premisso datur de suspen
sione datur ipso iure et procurantes preces ultra
penas predictas sit excommunicatus ipso iure

De dispensatione ordinis Rubrica

Quia prelati struunt c. cum ex eo Item quod in litteris eo
continentur quod nisi studium continue consecutus fuerit
cessante studio dispensatio ipsa cesset et de facto
revocet dispensationem si habentes relicto studio
vel intermisso abutantur ipsa Et eidem litteris de non
residendo causa studii vel alia quacumque · propria
etiam non det dispensationem quod non teneantur

ad sacros uel ad sacerdotium ultra annum xxiiii et in p
terita concessis commoueri nisi ex iusta causa et spe
cialiter in litteris expressa. nec tunc ultra annum et in preteri
tu concesse reuocentur. ita quod remaneant ad annum ta
tum

De dispensatione etatis Episcoporum
Abbatum curatorum et ordinum Rubrica

Non dispenset papa nisi tribus annis infra etatem
iuris ut in Episcopo si compleuit xxvii annos. In Abba
tibus et curatis etc si xxii annum attigerint et simili
ter in ordine precedentibus etc et tunc ex causa rationabi
li et specialiter in litteris expressa. preterite dispensationes
reuocentur que non sunt sortite effectum si habentes ipsas
hodie sunt infra dictas etates dispensabiles sunt reuo
cate hoc adiecto quod dispensationes que dicuntur facte
cum infantibus ad dignitates suprascriptas etiam si sunt
effectum sortite sunt reuocate. quia contra ius naturale
In precedendis ecclesiarum cathedralium stet regula cancellarie
quod non possit conferri nisi existentibus in iiii posset
tamen papa conferre existenti in xxii facta mentione
de etate

De litigantibus in Curia Rubrica

Non imponat papa silentium litigantibus nec
extinguat litem nisi causa cognita per sententiam
nec restituat contra rem iudicatam nisi ex
causa legitima et causa cognita

De decimis per papam non imponendis Rubrica.

Quod papa non imponat decimam clero vel toti eius parti nisi in Concilio generali et cum consensu Concilii. Possit tamen postulare caritativum subsidium cum caritate et de consensu concilii quando res exiget

De conversis ad fidem Rubrica

Quod bona illorum qui convertuntur ad fidem non confiscentur per ecclesiam vel principes seu dominos seculares sed eis remaneant a detentoribus relinquantur eorum gratis

Ut non sint ~~[struck]~~ de usuris vel aliis male ablatis et tunc incerta eis libere remaneat

et si sit de usuris vel aliis male ablatis et tunc incerta eis libere remaneant

De exemptionibus Religiosis concessis. Rubrica.

Fiat decretum quod habeatur advertentia de exemptionibus pendentibus vel tamen certa ante [illegible] et de exemptionibus studentium in studiis generalibus

Quod omnes exemptiones quibuscumque Religiosis domibus aut aliis locis vel personis quibuscumque a tempore scismatis per Romanos pontifices concesse preter consensum ordinariorum aut sine cause cognitione indistincte revocentur cassentur irritentur et annullentur exceptis ecclesiis vel locis noviter fundatis sub condicione exemptionis a tempore scismatis

Et fiat decretum quod habeatur advertentia de exemptionibus pendentibus exceptis ordinibus certa in scismate et de exemptionibus studentium in studiis generalibus

De privilegiis inferiorum prelatorum concessis Rubrica

Quod omnia privilegia et indulgentie tempore scismatis concesse inferioribus prelatis de utendo pontificalibus scilicet mitris sandalijs cirothecis de benedicendo populo et dando indulgentias et huiusmodi ad dignitatem pontificalem pertinentibus revocentur Et idem intelligatur de Abbatissis

De ignorantibus ydioma patrie

Item quod illi ad ecclesias parochiales promoveantur in aliquo regno nisi ydioma vulgare eiusdem patrie sufficienter intelligant et loquantur

Concilium quod in eo tempore gregorius concordat(?) in ord

De unionibus

Uniones de beneficijs cum curis sive sine curis(?) et ecclesijs secularibus de integro non fiant per summum pontificem nisi ex causa rationabili et ... cognita. et aliter facte ipso iure sint nulle. Idem et fortius in ordinarijs facte autem in preteritum que nondum sortite effectum indistincte intelligantur revocate. etiam si effectum sortite sint cassate et penitus revocate. Et idem de unionibus factis de vicarijs que intelligantur revocate et idem de unionibus. etiam si effectum sortite sint que vero de alijs beneficijs sive per summos pontifices sive ordinarios facte sunt et effectum sortite a tempore huius nephandi scismatis citra. causa rationabili non subsistente

Ista gl... sunt ... ...

indistincte habeant pro ~~illis~~ nullis et sint ipso iure revocate

Item quod revocentur omnes littere facultatum concesse mediantibus Etiam si sortite sint effectum et etiam si per modum commendare Sed concesse alijs Religiosis pro beneficijs extra suum ordinem si non sint sortite effectum indistincte revocentur Decetero si effectum sortite sint In futurum autem indistincte non concedantur et si concedantur non valeant

hat innam Gregorius nam februarij ...

De beneficijs circa Episcopos
et Abbates non Residentibus Rubrica

Quod omnes habentes beneficia requirentia residentiam de iure consuetudine vel statuto vel alia speciali ordinatione resideant et moneantur per edictum publicum quod faciant Episcopi et alij prelati Iurisdictionem habentes in principio sue institutionis et repetatur hoc in synodis et capitulis provincialibus Et si absque causa rationabili et superioris licentia fuerint absentes per sex menses exequantur prelati penas iuris contra eos Et ultra hoc dispensent aliquid de spoliis ... ... de licentia aut que dantur pro absentia quod nichil recipiatur per ipsa. Et non detur nisi ... ta rationabili et expressa et expressa necessitas

habeatur pro racionabili si stant in curia regis vel principis pro
officiis voluntariis in quibus stant ipsi lucro Et si episcopi et alii iuris/
dictionem habentes fuerint negligentes in premissis fiat super hoc inquisicio
et contra eos provincialibus et generalibus ad effectum ut in primis redarguantur
et in generalibus puniantur Item quod papa in principio assumpcionis fa/
ciat edictum publicum in Romana Curia de residendo ut supra Et
dispensaciones facte contra premissa ex toto sint revocate/ nec in futurum/
concedantur nisi ex causa racionabili et evidenti et litteris specialiter expres/
sa Et specialiter habeatur advertencia quod non dispensetur cum illis qui sponte
iuraverint residere Et quod habentes dignitates principales post pon/
tificales teneantur ad residenciam

Contra simoniacos

Conclusum quod expediens est quod per concilium procedatur contra aliquos saltem habent graves lites pro nominibus
illos qui sunt de hoc publice diffamati et deputentur iudices zelatores
veritatis et affecti expressim contra hoc crimen qui contra personas
constanter et intrepide procedant eciam summarie et sine strepitu
et figura iudicii et hoc vel ad instanciam volencium agere civiliter
vel criminaliter vel eciam ex officio iuridice eciam per denunciaciones
vel inquisiciones et hoc quo ad forum iudiciale Et eo quo ad penale
quod multi dicuntur his temporibus illa incurrisse tam clerici quam layci et
non nulli eciam credunt esse qui forte facerent sibi conscienciam exprimi/
mentes se hoc crimen commisisse eciam ultra quam sint Ideo
ad hoc ut facilius inducantur ad penitenciam super hoc agendam vo/
lens super hoc sacrum concilium providere saluti animarum Statuat quod
ad ipsa peccata quod quicumque tales voluerint penitere liceat eis eligere
sibi confessorem discretum qui sciat bene talibus consulere prout fuerit expe/
diens et ne contingeret in hoc per ignoranciam errare determinatur quod sint
vel magistri in sacra pagina vel in sacris canonibus et ipsis sic electis
conferatur a concilio plena potestas etc quod possint secundum qualitatem cri/
minis et devocionem confitencium et aliis circumstanciis attentis huiusmodi
confitentes plene absolvere imposita penitencia salutari et sufficienti
consulendo et providendo personis et corporum statui habentes in hoc dictamen
prestare quam per formam concilium intelligendo semper quod quicquid per
peccatores in premissis gestum fuerit valeat quo ad deum foro penitencie
tamen sine preiudicio fori iudicialis Et iudices predicti deputentur
per naciones unus pro qualibet et unus de Collegio Cardinalium quem
ipsum Collegium deputet

De annuis statutis Rubrica

De oneribus seu solutionibus pecuniarum quas habent subire hii qui col- / De hac concordia inde
legiantur et specialiter de statutis vel iuramentis propter que recipiendi / prima octobris
stant per multos annos quod nichil percipiunt et de via vitandi

Conclusio varie fuit tamen omnes inclinantur in hoc quod onera que sunt ad cul-
tum divinum ut quod recipiendus solvat pluviale vel quid simile stent
Sed provideatur quod solutio fiat de fructibus prebende et illud fiat in
officium ad utilitatem publicam Si autem solvatur pecunia que distribuitur
in canonicos illud prohibeatur et si est consuetudo de faciendo prandium
cum rogatur recipiendus ad hoc Et si etiam velit facere non possit
concedere florenum Item si consuetudo habet quod fructus primi anni
debeantur fabrice Et si anni alteri loco vel persone et sic non ex-
pendantur talia ultra duos annos / distributiones autem cottidiane sive
aliqua corpore debeantur a die ad diem receptionis si receptus de-
sunt indivinis de corporibus vero que fiunt per competentiam
quod etiam tunc nichil exigatur et tunc non concedatur prebenda que non va-
cat vel forte si vacat alii conferatur et eo ita quod in eos est
dicta petior.

De tempore professionis faciende Rubrica

Fuit conclusio quod in religionibus licet possint recipi pueri tamen ad- / de hac concordia inde ix
professionem non admittantur nisi plene puberes scilicet qui sunt / novembris
in xviii anno et maiores quo ad puellas / nec etiam obligentur
ex professione tacita cum dicta etate Et quod novitii non admit-
tantur ad professionem nisi sciant competenter legere et cantare nisi
in religione militari ut sancti Johannis vel similis / nec ad sacros nisi
sint professi et sint competenter in grammatica instructi

De conciliis provincialibus et sinodis episcoporum Rubrica

Fuit conclusio quod concilia provincialia fiant saltem de triennio in triennium / hic concordia hec
et sinodi episcoporum singulis annis in quibus agatur de correctione morum / octobris non fuit dis-
et aliis ut est iuris Et teneantur diocesani et episcopi per se ipsos / cussa sunt hec in
si non sint legitime impediti et si omiserint sint suspensi ab officio / fine
prebendarum et devolvatur ad capitulum cum emolumento ipsius quod
convertatur in utilitatem publicam ecclesiarum non ipsorum de capitulo
Et si metropolitanus per quadriennium et diocesanus per
biennium differant tunc in sequenti concilio generali possit
si videbitur concilio privari dignitatibus Episcopatus vel Archi-

XXIX

capitulis et episcopi teneantur ire ad concilium provinciale sub pena excommu/
nicationis quam incidant ipso facto nisi habeant causam racionabilem que dispu/
tatur in concilio vel sunt suspensi a collatione beneficiorum pro tanto et
devolvatur ad capitulum suum Et de loco concilii provincialis statuatur
in precedenti concilio provinciali Et duret saltem octo diebus vel decem
Et aliquando duravit duos menses / de synodo vero quod duret saltem v.
diebus Mediolanensis fuit dictum quod ipsa materia latius tractaretur in
die sequenti Postea tamen nichil fuit mutatum

De vicariis perpetuis in ecclesiis instituendis Rubrica XXXI

Item quod in singulis ecclesiis appropriatis et unitis sit unus vicarius
alias curatus perpetuus qui cure assistat alias bene et competenter
dotatus per ordinarium auctoritate apostolica pro hospitalitate tenenda et one/
ribus incumbentibus sufficienter supportandis, renovatis litteris apostolicis pri/
vilegiis concedentibus prospectibus partis facultatibus aliis in
contrarium facientibus quibuscumque non obstantibus et in preiudicium divini
cultus concessis

Quod removeatur auditor camere qui est in diminucione et potestas pro/ XL
curatorum auctoritate de curia et questores contra ordinarium Rubrica

Conclusum quod removeatur auditor camere qui est in diminucione tanquam hat ghez hes decla
superfluus Et pro tunc officium eius suspenditur officio auditoris xxvj decembris ie
camere qui est in curia Revocentur etiam omnes concessiones fac/
tae aliquibus de curia per quas conceditur eis illa potestas quam habent procura/
tores in curia Et revocentur etiam omnes questores contra ordinarium
vel alias qui de consuetudine non habent vel ex privilegio concesso locorum vel
hospitalibus qui possunt facere questus

Contra prelatos qui non incedunt in habitu et tonsura decenti XLI

Fuit conclusum quod prelati videlicet patriarche et archiepiscopi et abba/ hat ghez hes dic
tes qui omiserunt incedere in habitu et tonsura clericali pro tanto sint pa mensis aprilis ix
ipso iure suspensi suis beneficiis et libere possint habentes ius eligendi alias ghez hes
vel conferendi eligere et conferre Et sub habitu clericali intelligatur vestis clericis folio
quo ad prelatos seculares quod portent rochetum et cappam vel tuni/
dissensio grandis facta dolo et culpa Io. Hus intantum quod notabiles viri catholici
et clerici timentes coacti sunt cedere et latere ex dampnationem predicto tragedia
depredationes sacrilegia aliaque horribilia et execrabilia dicta et secuta sunt
operam dante et procurante prefato Io. Hus cum suis complicibus

Item articulo decimo nono in quo continetur quod Jo. Hus continue et in dicta Civitate Pragensi fuit et erat sectator fautor et creditor ac defensor erroris quondam Jo. Wicklef heresiarche et ut talis et publice tentus nominatus et reputatus in dicta Civitate et in partibus circumvicinis

Item articulis xlvi et etiam xlvii in quibus continetur quod dominus archiepiscopus Pragensis ex speciali mandato domini Alexandri fe. re. pape quinti quod sibi commisit et mandavit ne extunc in antea aliquis auderet in locis privatis preterquam in ecclesiis Civitatis eiusdem metropolitanis cathedralibus collegiatis parochialibus monasteriis et eorum cimiteriis ad populum predicare; postquam prefatus dominus archiepiscopus continue mandatum apostolicum huiusmodi inhibuit in generali synodo tunc Prage congregatis ipse licet Jo. Hus ex tunc dictarum litterarum necnon forme et prohibitionis huiusmodi de facto se opposuit et post eandem prohibitionem de mense Junii et presertim xxii die eiusdem mensis et postea pluribus et diversis vicibus in quadam Capella Bethlehem nuncupata ad populum predicavit et ibidem populum copiose convocavit et conventionem permisit contra inhibitionem antedictam

Item articulo xlviii in quo continetur quod prefatus Jo. tunc de dicto mense Junii Anno domini Mmo ccccmo xmo quod etiam ante et post in dicta Capella predicando ad populum ibidem collectum et etiam in diversis aliis locis Civitatis Pragensis diversis vicibus multos errores et hereses tam ex dictis libris dicti quondam Jo. Wicklef quam ex sua pertinacia et voluntate asseruit docuit disputavit et expresse defendit maxime in sequentibus articulis

1 quod post consecrationem hostie in altari manet panis materialis vel substantia panis

2 Item articulo xlviii in quo continetur quod sacerdos existens in peccato mortali non conficit corpus Christi non ordinat non baptizat

3 Item articulus xlix in quo continetur quod indulgencie pape seu episcoporum concesse nichil prosunt

4 Item articulus xxxi in quo continetur quod Romana ecclesia sit synagoga Sathane

5 Item articulus xxxiii in quo continetur quod nulla heresis debet extirpari per potentiam sed per disputationem in scolis

Item articulus xxvi in quo continetur quod dictus Jo. Hus ad seducendum populum et simplices ausu temerario dixit quod in Anglia multi monachi et alii magistri convenissent in quadam ecclesia sancti Pauli contra magistrum Jo. Wicklef et non potuerunt ipsum convincere sed statim tonitrus et fulgor de celo descendisset super eos et rupisset hostium ecclesie ita quod ipsi magistri et monachi vix evasissent ad Civitatem Londoniensem et hec dixit ad auctorizandum dictum Jo. Wicklef et dixit proponendo verba dixit ad populum in vulgari Utinam anima mea esset ibi ubi est anima Jo. Wicklef et post hec litteram falsificatam sub sigillo falso Universitatis studii Oxoniensis pluries publicavit in qua continebatur licet falsissime Jo. Wicklef fuisse virum catholicum et doctorem evangelicum bone fame et conversationis laudabilis ab eius juventute usque ad diem exitus sui

Item xxxviii in quo continetur quod seculares debeant auferre clericis bona temporalia quod hoc esset meritorium

Item articulus xxxi et etiam xxxxii in quibus continetur quod Jo. Hus contra inobedientes et aggravatos diversis sententiis dominum suum publice predicavit et publice dixit quod non curaret excommunicationem quia non potest excommunicari aliquis ab ecclesia nisi prius sit excommunicatus a deo

Item articulus xxxviii in quo continetur quod Jo. Hus diversos errores predicavit ex quibus scandala exorta sunt inter prelatos et populum regni Bohemie et magistros ac scolares studii Pragensis et inobedientiam subditorum ad eorum prelatos et destructionem Universitatis studii Pragensis predicti

Item articulus septimus in quibus intencionibus inquisitoris tunc archiepiscopi Pragensis
datos et ablatos contra eundem Johannem Huss in quo continetur qualiter
Johannes Huss ad ipsum dixit etc. ipsa inter diffinictas dicti allegacionis quibus nunc scripsit
archiepiscopo Pragensi pro extirpandis erroribus Johannis Wicleff in Bohemia, Moravia
quod ibi sunt multi homines opinantes et errores Wicleff contra fidem tenentes
quorum corda sunt heresi infecta et ego dico et regraciari quod ego nullum Bohemia
vidi hereticum et quod adiecit premissa ipsius clamabat et mentitur
Item articulus nonus in quo continetur quod idem Johannes Huss dixit intelligari ad
ipsum esse impletam prophetiam quam predixit Jacobus de Teramo quod anno domini
M° CCCC° nono surget unus qui evangelium et epistolas et fidem Christi persequitur
propter denunciandum dominum Alexandrum qui in suis bullis mandavit libros Wic-
leff cremari
Item articulus XI in quo continetur quod Alexander papa inter diffinictus in suo tempore
si sit mortuus vel in inferno quam scribit in mentibus suis asinnius quod archiepiscopus
cremare debet libros Johannis Wicleff in quibus multa bona continetur
Item articulus alius de confessione sua quod fecit in quo continetur quod dictus Johannes
Huss licet per eius recessum de Bohemia reliquit ad legendum scripta que
continet ut per sanctos libros eius solitus que in eis habuit orant pro
eo et stabant in doctrina domini nostri Jhesu Christi scientes quia in quo erat eis errores
non predicavit quos sibi inimici ascribunt et si invenietur per falsos testes
quod non timeretur et starent semper in veritate
Primus articulus in se continet qualiter Johannes Wicleff dum suos libros et opuscula
in diversis facultatibus in theologia quam in philosophia composuit videlicet
dyalogum trialogum et XLV articulos erroneos probatur per libros Wicleff
et sententiam in Romano concilio promulgatam
Tercius articulus in quo continetur quod supra scripte conclusiones et articuli sunt erro-
nei similiter per platum [illegible] in Romano et hoc Constanciensi concilio promulgatum
Quartus articulus in quo continetur quod Johannes Huss sepe et sepius in disputacionibus
et scolis publicis conclusiones articulos et libros etc. docuit et defendit
Quintus articulus qui incipit quod premissa omnia et singula fuere vera per platum profectus
quo ad deposita per eos
Septimus articulus qui incipit quod in universitate Pragensi sit studium etc. ut notorium
Octavus articulus in quo continetur quod Johannes Huss prima articulos erroneos
Wicleff in universitate Pragensi in scolis publicis et predicacionibus publice pre-
dicavit et defendit etc. fuit vera et platum profectus
Nonus articulus in quo continetur quod propter premissa in civitate Pragensi fuerunt
facta magna sedicio et scandala etc. fore vera platum
Decimus articulus in quo continetur quod prefatus Johannes Huss communiter in dicta civitate
Pragensi fuit sectator et fautor errorum Wicleff etc.
Undecimus et duodecimus articuli sunt generales
Tredecimus articulus in quo continetur commissio facta archiepiscopo Pragensi pa-
[illegible] [illegible] V [illegible] et quartodecimus in quo continetur quod archiepiscopus
condemnavit libros Wicleff et igni comburendi platum per bullam
Alexandri et sententiam dicti archiepiscopi Pragensi et per confessionem Johannis Huss qui etiam
confitetur a sententia huiusmodi condempnacionis et conclusionis librorum appellasse
ut patet in actis cause
Quindecimus articulus in quo continetur execucionem huiusmodi et processus
archiepiscopi similiter [illegible] premissum ut in actis et in libro facta quibus [illegible]
ne predicaret conclusiones Wicleff
Decimus sextus articulus in quo continetur quod Johannes Huss per execucionem litterarum apostolicarum

et inhibitionem et permittitur fieri in diversis aliis in capella Bethleem ipsum praedicavit

Item confitetur Jo. Hus quod praedicavit post appellationem suam et quod obtinuit ... inhibitionem et refert se ad acta causae

Secundum septimum articulum in quo continetur quod dictus Jo. Hus in dicta capella et diversis aliis locis errores et haereses etc. in civitate Pragensi praedicavit et dogmatizavit et praesertim quod post consecrationem hostiae manebat panis materialis

Ego Johannes Hus in spe sacerdos Jhesu Christi timens deum offendere et timens incidere periurium nolo abiurare articulos omnes et quemlibet eorum qui per falsos testes sunt contra me producti quia deo teste non praedicavi nec asserui nec praedicavi nec eos defendi sicut dixerunt me eos defendisse praedicasse et asseruisse

Item de articulis extractis de meis libellis saltem qui sunt debite extracti dico quod quicunque eorum includit aliquem falsum sensum illum detestor sed timendo offendere veritatem et contra sententias sanctorum doctorum non quemlibet eorum nolo abiurare et si possibile esset quod toti mundo mea vox modo pateret sicut omne mendacium et omne meum peccatum in die iudicii patebit libentissime omnem falsitatem et omnem errorem quem unquam dixissem vel cogitassem et depromptum coram toto mundo revocarem

Ista dico et scribo libere et voluntarie
Scriptum manu mea propria primo die Julii

Sequitur sententia

Sacrosancta generalis concilium Constantiense in Spiritu sancto legitime congregatum et ecclesiam catholicam repraesentans ad perpetuam rei memoriam. Quia teste veritate arbor mala fructus malos facere consuevit, hinc est quod vir damnatae memoriae Johannes Wickleff sua mortifera doctrina non in Christo Jhesu per evangelium ut olim sancti patres fideles filios genuerunt, sed contra Christi salutarem fidem veluti radix venenata plures genuit filios pestiferos quos suae perversi dogmatis reliquit successores adversus quos haec sacra synodus Constantiensis tanquam contra spurios et illegitimos filios cogitur insurgere et eorum errores ab agro Domini tanquam vepres nocivos cura pervigili ut cultro auctoritatis ecclesiae resecare ne ut cancer serpant in perniciem aliorum. Cum itaque in sacro generali concilio nuper Romae celebrato decretum fuit doctrinam damnatae memoriae Jo. Wickleff damnandam esse et damnavit et libros eius eandem doctrinam continentes fore tanquam haereticos comburendos et doctrinam ipsam damnavit et libros eius talem doctrinam insanam et pestiferam includentes combustos fuisse cum effectu et huiusmodi decretum eiusdem sacri concilii auctoritate fuit approbatum. Necnon quidam Jo. Hus hic in ipso sacro concilio personaliter constitutus non discipulus Christi sed potius dicti Jo. Wickleff haeresiarchae discipulus post et contra damnationem et decretum huiusmodi ausu temerario contravenientes errores eius plures et haereses tam ab ecclesia Dei quam etiam aliis olim reverendis in Christo patribus dominis archiepiscopis et episcopis diversorum regnorum magistris in theologia plurium studiorum condemnatos dogmatizavit asseruit et praedicavit praesertim condemnationi praedictae scholasticae ipsorum articulorum Wickleff factae pluries in universitate studii Pragensis in suis scholasticis actibus et praedicationibus publice resistendo ac ipsum Jo. Wickleff virum catholicum et doctorem evangelicum coram multitudine cleri et populi asserendo declaravit. Etiam articulos infrascriptos et plures alios utique damnabiles tanquam catholicos asseruit et publicavit qui in libris ipsius Jo. Hus et opusculis notorie continentur. Quare habita primitus per plenaria informatione super praemissis et diligenti deliberatione

Reverendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane ecclesie Cardinalium patriarcharum
archiepiscoporum episcoporum et ceterorum prelatorum et doctorum sacre pagine et utriusque
iuris in multitudine copiosa hec sacrosancta generalis concilium Constanciense declarat
et diffinit articulos infrascriptos qui contra collacionem ex pluribus magistris in sacra
pagina reperti sunt contineri in eius libris et opusculis manu propria scriptis
et quos etiam Iohannes Huss iudicialiter in publica audiencia coram patribus et prelatis
huius sacri concilii confessus fuit et suis libris et opusculis contineri non esse
catholicos nec tamquam tales esse dogmatizandos sed ex eis esse plures er-
roneos erroneos scandalosos aliquos piarum aurium offensivos plures quoque
eorum esse temerarios et sediciosos et nonnullos eorundem esse notorie hereti-
cos seu heresim notorie continentes ut iam dudum a sanctis patribus et generalibus
conciliis reprobatos et dampnatos ipsosque predicare dogmatizare aut quomodolibet
approbare districte inhibendo ~~Sed inquantum~~ Sed cum infrascripti articuli expresse
contineantur in libris seu tractatibus suis videlicet in libro qui intitulatur de
ecclesia et aliis suis opusculis ideo libros predictos et doctrinam suam et singulos
alios tractatus et opuscula in latino sive vulgari bohemico per eum edita
aut in quocumque alio ydiomate passim aut aliquos translatos hec sacra synodus
reprobat atque dampnat ipsosque comburendos sollempniter et publice in presencia
cleri et populi in civitate Constanciensi et alibi decernit et diffinit adiciens quod
propter premissa omnis eius doctrina merito est et fore suspecta de fide et ab
omnibus christifidelibus evitanda. Et ut de medio ecclesie illa perniciosa doctrina
eliminetur hec sancta synodus precipit ut locorum ordinarii tractatus
et opuscula huiusmodi per censuram ecclesiasticam etiam si sit opus ad adiectione
pene et sentencie heresis diligenter inquirant et reperta publice ignibus cremari
Si quis autem huiusmodi sive aut decreti declaracioni aut contemptor extiterit statuit
eadem sancta synodus locorum ordinarios et inquisitores heretice pravitatis contra
talem vel tales velud suspectum vel suspectos de heresi procedendum fore in
super processibus actis et actitatis in causa inquisicionis etc. et super heresibus
contra Iohannem Huss habitis et factis et facta per suos fideli et plenaria communicatione
in huiusmodi causa ~~dampnatorum~~ deputatorum relacione aliorumque magistrorum in theologia
ac iuris utriusque doctorum et desuper actis et actitatis et dictis testium fidedignorum
et plurimorum que dicta ipsi Iohanni Huss palam et publice lecta fuerunt coram
patribus et prelatis huius sacri concilii et per quorum testium dicta apertissime
constat eundem Iohannem multa mala scandalosa et sediciosa et periculosas hereses
dogmatizasse et publice per multa annorum curricula predicasse

Christi nomine invocato sola hec sacrosancta synodus Constanciensis solum
deum pre oculis habens per hanc diffinitivam sentenciam quam profert in hiis scriptis
pronunciat decernit et declarat dictum Iohannem Huss fuisse et esse verum et manifestum hereti-
cum ipsiusque errores et hereses ab ecclesia dei dudum condempnatos et dampnatos ac
plura scandala piarum aurium offensiva temeraria et scandalosa dogmati-
zasse et publice predicasse in non modicam offensionem offensam divine
maiestatis ac universalis ecclesie scandalum et fidei catholice detrimentum
claves etiam ecclesie et censuras ecclesiasticas vilipendisse in quibus per
annos multos persistit animo indurato christifideles per suam pertinaciam nimium
scandalizans ad appellacionem ad dominum Ihesum Christum tamquam ad supremum iudicem
obmissis ecclesiasticis mediis interposuit in qua multa falsa iniuriosa posuit
et scandalosa in contemptum sedis apostolice censurarum ecclesiasticarum et clavium
Ideo propter premissa et alia plura prefatum Iohannem Huss hereticum fuisse et esse
hec sancta synodus pronunciat et tamquam hereticum iudicandum et condem-
pnandum fore iudicat et condempnat per presentes dictamque appellacionem tamquam
iniuriosam scandalosam et illusoriam iurisdictionis ecclesiastice reprobando

ipsiusque Johannem Huss populum christianum maxime in regno Bohemie in predicacionibus suis publicis et scriptis per eius tempus sedux(i)sse ac eundem populum christianum non devotum predicatorem evangelii christi secundum expositionem sanctorum doctorum sed fuisse hereticum seductorem

Sacrosancta generalis synodus Constanciensis in spiritu sancto legitime congregata

recipit et inseruit sub prima septembris [illegible]

Verum quia per ea que hec sancta synodus vidit et audivit cognovit eundem Johannem Huss pertinacem incorrigibilem et adeo talem quod non cupiebat ad gremium sancte matris ecclesie redire nec hereses et errores per eum publice defensatas et predicatas defensatis et predicatis velle abiurare Ideo hec sacrum concilium eundem Johannem Huss ab ordine sacerdotali et aliis ordinibus quibus extitit insignitus deponendum et degradandum fore declarat et decernit committens reverendis in christo patribus Archiepiscopo Mediolanensi aliisque episcopis sibi coadiunctis ut in presencia huius sacrosancte synodi dictam degradacionem secundum quod ordo iuris requirit debite exequantur

Hec sacrosancta synodus Johannem Huss attento quod ecclesia dei non habet ultra quod agere iudicio seculari derelinquid et ipsum curie seculari derelinquendum fore decernit

Die Jovis vi mensis July

Sacrosancta Constanciensis synodus generale concilium faciens in spiritu sancto legitime congregata forma mente et effectu ordinacionis seu decreti in ultima sessione facti seu late adversus dominum dominum Petrum de luna Benedictum xiii in sua obediencia nominatum et alia faciendum que fuerint necessaria et oportuna etc. facit constituit et ordinat procuratores generales et speciales videlicet reverendos in christo patres dominum Jacobum Tirinensem archiepiscopum Petrum Pipesson Jacobum Adriensem Johannem Lebecensem episcopos Johannem Eligii sancti Remigii Conradum de Susato sacre theologie magistros etc. — 456/7

Item eadem sancta synodus ordinat vult et decernit instrumenta in futurum tam super deposicione per hoc sacrum concilium nuper late contra dominum Balthazarem de Cossa olim Johannem papam xxiii necnon renunciacionem per eum facte de papatu seu super quod poterat in eo pretendere — 456/7
ipsius apud acta huius concilii in loco suo congrue consignari registrari et inseri

Item ordinat decernit et ordinat Bullas olim domini Gregorii pape xii in sua obediencia nuncupati nuper cessionem papatus per eum seu eius nomine facta in dicto sacro concilio producta in forma publicam transsumi seu de ipsis transsumpta publica fieri per prothonotarios et notarios huius sacri concilii quibus transsumptis decernit fidem plenariam adhiberi tamquam originalibus ipsius ante ipsius — 11

Item eadem sancta synodus reverendis patribus Sarisberiensi Placentino Dacensi et Pistoriensi episcopis vel aliis pendentibus causis ad presens concilium devolutis et devolvendis fidei causas specialiter tandem per idem concilium deputatis citandis etiam sub pena privacionis per edictum in locis per ipsos capiendi sufficienti informacione premissa omnes et singulos prelatos et clericos officiales aliosque ad ipsum concilium vocatos qui ab hoc sacro concilio clandestine sine sine licencia recesserint ut infra certum terminum competentem eis assignandum personaliter revertantur et redeant plena tribuit potestatem — 458/9

Item eadem sancta synodus ordinat quod littere de iusticia aliasque in cancellaria solita expediri dumtaxat presentibus secundum antiquam curie consuetudinem debitum cursum suum sortiatur sub ipsius sancti synodi nomine et sigillo per reverendissimum patrem et dominum dominum Johannem episcopum Ostiensem sancte Romane ecclesie cardinalem expediantur — 11

Item eadem sancta synodus nostris presidentibus nacionum ut ipsi omnibus aut eorum locis singulis ad presens concilium vocatis seu locum habentibus in eadem recedere cupientibus ubi rationabilis causa fuerit licenciam recedendi dare possint liberam tribuit facultatem — 11

Item precipit et mandat dominus camerarius sancte sedis apostolice aut eius locum tenens seu vicecamerario ut dominis cardinalibus et prelatis ceterisque indigentibus in hoc sacro concilio existentibus necessariis et utilibus debeat subvenire et debitis remediis providere

Sequitur tenor decreti per concilium Constanciense contra quosdam Karolum ducem et Henricum de Tuire invasores quorundam ambasiatorum in hunc modum

Sacrosancta Constanciensis synodus generale concilium faciens et universalem ecclesiam re-
presentans in spiritu sancto legitime congregata venerabilibus episcopis presertim Metensi Tullensi
Virdunensi ac eorum vicariis salutem in domino sempiternam. Pridem siquidem processus nostros
contra quosdam molestatores perturbatores et iniuriatores quarundam personarum
ecclesiasticarum et secularium ad Romanam curiam et presens concilium venientes quorumque alia concilia
generalia vel Vienense statuta in ipsis aut residentium ab eisdem in publica dicti sacri con-
cilii sessione fecimus et publicavimus cuius tenorem volumus hic causa brevitatis pro insertis
haberi. Cum autem ex plurimorum fidedignorum relatione etiam hac fama publica referente ad nostram
notitiam devenerit quod nobiles viri Karolus de duce dux sancti Dosermanville et Henricus
de Tuire cum pluribus armatorum comitiva non inspectis facta nobilium sed sue salutis ac meritis
timoris immemores filii fidei catholice ac patres sacri concilii turbatores reparatores im-
mo predones ac invasores nec venerabiles Carthaginensis et Ebroicensis episcopos et magistros
Willelmum de Aytella decanum Silvanectensem serenissimi et christianissimi Karoli regis Francorum
consiliarios pro parte nostre Audomarum de Mitheldagia et Iacobum Despars in artibus et me-
dicina magistros pro universitate Parisiensi ad presens concilium destinatos et qui pridem concilium
nostrum per serenissimum et illustrissimum principem Sigismundum Romanorum et Ungarie regem
semper augustum huius sacri concilii advocatum protectorem et defensorem ad eundem Francorum
regem pro bono universalis ecclesie dictique sacri concilii ac honore et utilitate ipsius Fran-
corum regis mittebantur cum sua familia et aliis eorum ad sacrum concilium ad Romanam curiam
redeuntibus alias ignominiosa invanie infra terras Romani imperii subiectis uno ex capellanis
perempto et duobus constitutis episcopi Carthaginensis predictis letaliter vulneratis crudeliter
et sacrilege ceperunt et nonnullis equis et bonis depredatis et plurimis afflictis et
gravibus iniuriis dimissis prefatos episcopos nuncios et alios nec pontificali dignitati nec
clericali ordine deferendo ad castrum de Saty (?) dicte iudicatum Barrensem captivos
inhumaniter duxerunt ac ea bona inter eos ut predam dividendo et quod postmodum dictus
Karolus prefatos episcopos et aliquos ex nostris nobilitatibus predictis captivis perditis
volens eos ducere longius et vexare ponens et affligere atrocibus et tormentis ad dicto
castro reliquis captis ibi remanentibus extraxit tempore nocturno ipsosque pungens sanguinea
silva pater et demum inhumaniter longe per noctem a castro memorato duxit ad illustrissimi
principis videlicet Barrensis primo deinde Lothoringie ducem notitia deductus ipse dedit
Barrensi illos qui in dicto castro captivos remanserant eodem castro vi armorum capto
ac Lothoringie dux episcopos et alios quos secum duxerat Karolus predictus armata po-
tentia eis ac eis comitatibus Metensi Tullensi et Virdunensi civitatum presentibus auxilium
consilium et favorem constituerunt libertati et personas eorum libere conduci fecerunt eis
equis munere et victualia gratis concedendo. Nos prefatos duces et comitatus de
tantis per eos episcopis nuncios et aliis inerant ab sacri concilii universalisque ecclesie ac
regum predictorum favore gratis impendi nostros collaudantes. Nolentesque sicud nec decet nec
expedit dictos sacrilegos et quosdam alios super eorum horrendis et detestandis ex-
cessibus et eis prestantes auxilium consilium vel favorem absque vindicatione relinquere
incorrectos. Discretioni vestre auctoritate dei omnipotentis patris et filii et spiritus sancti ac nostra
committimus et sub excommunicationis pena quam contra vos qui mandatis nostris non parueritis
lamoniti excommunicationis censuram et maiorem premissa monitione volumus ipso facto incurrere
mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios auctoritate
presentis concilii de omnibus et singulis premissis excessibus et eis contingentibus simpliciter et
de plano sine strepitu et figura iudicii solerter adhibita et fideli diligentia tamen in
vestris civitatibus et diocesibus et locis aliis de quibus expedire videritis vos informetis et
predictos nobiles et omnes alios et singulos clericos laycos cuiuscumque status dignitatis
vel conditionis fuerint etiamsi regali pontificali episcopali vel alia quacumque prefulgeant
dignitate quos informatione reperietis commisisse aut committi fecisse vel mandasse predictos

Sacrosancta generalis Synodus Constan[tiensis] etc. in spiritu sancto legitime congregata / Cum Christi fideles
pyis inductis ducti affectibus multis temporibus solicitudinibus impensis laboribus atque
curis occupati fuerint circa extirpanda scismata de ecclesia sancta dei / et post atque
inter alia huius pestiferi morbi quesita remedia toti pene christianitati extitit
tandem sacro concilio Constan[tiensi] facilius et previus antidotum ad hoc exequendum
visum fuit renunciacionem ac cessionem spontaneam fieri debere / per quemlibet pro summo
pontifice se gerentem propter quod pro pace et tranquillitate sancte matris ecclesie
superadde totalis reintegracionis ordine ad perfectionem auctore domino cum de
quadam laudabili humilitate prosecutus sit ille dominus videlicet reverendissimus dominus
Angelus Corario qui in sua tunc obediencia Gregorius duodecimus dicebatur renunciando
videlicet cedendo atque expresse in scriptis realiter et cum effectu iuri tytulo et possessioni
quod que et qua vel si quod quie vel qua habuit in papatu et resignando sponte
et omne sub spontaneis tytuli et possessione quod quie et qua habebat vel tunc di
cebatur per manus magnifici et potentis viri domini Karoli de Malatestis pro sancta Romana
ecclesia Arimini et ut multarum aliarum terrarum in temporalibus vicarii necnon Rectoris provincie
Romandiole generalis plenum et speciale ad hoc mandatum habentis quemadmodum ingessus
sine actis publicis in sessione dicti generalis sancti concilii quarta die huius mensis Julii
facta per instrumenta autentica complena. Et attendens dicta sancta Synodus Constan[tiensis]
quod sponte et liberaliter in prescriptis cessione renunciacione et resignacione per ipsum dominum
Angelum et per eadem processionem fuit usque adeffectum deo gratum et commendabile multum
sine eciam et ipsius sancte Synodi declaracionem / atque ille dominus qui in sua obediencia
dicebatur Benedictus cesserit aut si cedere voluerit experiret ~~[illegible]~~ bona ecclesie sancte
ecclesie predicte attulit ac omnis christianorum populo proveniat fructus largiente domino
prebentura   Et quod serenissimus princeps et serenissimus dominus dominus Sigismundus
dei gratia Romanorum et Ungarie et cetera Rex superaddens eciam pia consideracione adiutus
quedam capitula seu articulos pro sua securitate animi quiete et vite ac statu et
decencia dicti domini A. olim in sua obediencia Gregorii XII nuncupati continentes dicte
sancte Synodo exhibuit et porrexit volens dicta sancta Synodus quod ecclesie
sancte filii videant quanta sibi beneficencie ipsa mater ecclesia gratitudine pro
sequatur propter tanti filii et defensoris probus inclinata statuit ordinat et de
cernit quod dictus dominus A. inter sancte Romane ecclesie Cardinales sit et esse debeat
Episcopali titulo per prius concedendo a futuro Romano pontifice suo tempore pro pace ecclesie
declarando ac omnibus honoribus emolumentis et aliis debitis seu consuetis spectante
insignitus

Sedens quod post Romanum pontificem dignitate et ordine locatum nec aliquis sancte Romane
ecclesie Cardinalium sibi inmo preferatur salvo si dominus ille qui in sua obediencia dicitur
Benedictus similiter renunciaverit et cesserit iuri titulo et possessioni quod quem et
quem se pretendit habere et ipsos amborum eodem loco sine tractatu semper similiter pre
senialiter concurrere contingat quod tunc in sacri concilii ~~auctoritate~~ ante electionem ac futuri Ro
mani pontificis post electionem potestate consistat inter ipsos duos gratificando quis
preemineat ordinare Insuper dicta sancta Synodus statuit ordinat et decernit quod dictus
dominus A. quo adimoverit sit sancte sedis apostolice in provincia Marchie Anthonitane et for
sam cum provisione salarii legati manentibus et honorificis solitis Cardinalibus legatis
delatis in spiritualibus et temporalibus atque vicarius generalis irrevocabiliter permansurus cum omnibus
et singulis facultatibus et auctoritatibus huiusmodi legatis que legatis talibus concedi per sedem
apostolicam in forma plenissima consueverunt / quod que eidem domino Angelo favoris et gratie sedis
apostolice impendendis beneficiis et aliis provisionibus largiflue impendat Preterea dicta sancta
Synodus statuit ordinat et diffinit Ut idem dominus Angelus racione vel occasione spiritualis
aut temporalis administracionis spontanee vere aut putative quecunque et qualitercunque exercebat
que aut si que habuit aut quando aut cuiusvis legati sive vicariatus usque in presente
diem et quousque per formam constitucionis predicte uiderit sancte Synodo facte eadem valebit que

aut si que habuit a quando aut commissis legati cuius vicariatus seu vicariacionis sedis
apostolice vel alterius gestionis sive administracionis nomine Romane ecclesie et maxime in
provincia Marchie Anthonitane vel alibi dum inibi fungebatur officio ac eciam occasione vel
causa sue persone non possit neque debeat de actis gestis ordinatis indultis concessis
receptis levatis habitis exactis donatis alienatis ac effusis quitatis liberatis
aut aliis quibuscunque seu qualitercumque factis seu patratis per eum seu eius nomine
aut que ad eum seu suam personam quoquo quomodolibet pervenerint commissi officio
vel administracionis persone in Romana communis dignitatis preeminencie status gradus
ordinis condicionis aut honoris eciam si spiritualis pontificalis imperialis vel regalis
existat de iure vel de facto aut alias qualitercumque conveniri denunciari accusari
vexari inquietari impeti/ impediri ordinarie seu extraordinarie aut promotore
vel sive iudicialiter vel sive extra per se vel alium Apostolice camere procuratore vel alia
quavis curie ordinaria vel subdelegata seu alias molestari nec contra eum
inquiri valeat et illa vice ipse realiter vel personaliter civiliter vel criminaliter aut mixte
seu alias quomodocumque eciam si dolus vel fraus aut aliqua alia corruptela commissa
vel contra aliquod re ipsa vel alias notari posset aut diceretur quolibet intervenisse
Ipseque idem dominus Angelus non teneatur nec debeat eciam de ipsis ut premittitur persone
in iudicio vel extra de premissis vel aliquo eorum aut dependentibus emergentibus vel con
nexis sive processis eorum ac premissis vel aliquo premissorum respondere racionem reddere
aut calculum facere aut eam coram gentibus Apostolice Camere vel aliis ejusmodi
directe vel indirecte publice vel occulte/ nisi quatenus sibi ipsa consciencia cum qua ad hoc re
talis relinquatur dictaverit faciendum atque dicta mater Synodus sancta ex super
habundanti liberalitate dicto domino Angelo de ipsis omnibus universis et singulis aliis
quibuscumque pondere numero vel mensura cuiuscumque qualitatis quantitatis generis
aut speciei sint eorumque comprehensa vel non comprehensa que omnia hic pro eorum valores
nomina cognomina qualitates genera ac species hic volunt et habentur [illegible] et pro
expresse declaratis ac si de eis expressa mencio facta foret/ eciam si sancta fuerint ipsa
comuniter vel divisim seu mixti ad quecumque valorem ascendant attenta libera et
spontanea cessione iuris papatus per ipsum dominum Karolum eius procuratorem predicte
Synodo facta pro pace et unione ecclesie sancte dei predicta contentu in eo sunt modis
omnibus remanendis quibus Romane ecclesie obligatus aut obnoxius fuit vel dici
potuit sive posset remittit/ quietat liberat penitus et absolvit/ remittis ... et
mittat eum ab omnibus illis taliter exemptum/ quietum liberum et absolutum/ eidemque domino
Angelo ipse et suis heredibus et successoribus omnia et singula sancte Romane ecclesie
et Apostolice Camere predictis per quaecumque debitum vel aliud pro eo plenarie libere
et pure remittit donat et largitur tollit demumque et contra facit quo ad premissa omnia
et singula invalidat et suspendit dicta sancta Synodus ... reformacionis in in
tegrum quam de baratum sedis ac omnia alia iura et beneficia sive privilegia per que
Romane ecclesie Apostolice Camere aut futuro eius pontifici contra premissa vel aliquod
eorum subveniri aut de ipsis eorum aliquod infringi seu aliquatenus possent quomodolibet
violari donec in vestitum et mane si quod ... contrarium a quovis quavis auctoritate seu
quovis ingenio vel colore ~~contingerit~~ contingerit attemptari Non obstantibus quo
ad omnia et singula supradicta ... quam civilibus iuribus et Apostolicis generalium
conciliorum constitucionibus et aliis disposicionibus contrariis quibuscumque Statuens et ordi
nans dicta sancta Synodus et quod futurus Romanus pontifex omnia et singula
suprascripta studeat inviolabiliter observare atque sub apostolicis litteris in forma plena
congrua et debita approbet ratificet denuo concedat indulgeat atque firmet/ et quod
quemcumque Romanum pontificem eligi contigerit ad hec ante sue apostolatus intronizacionem
submisso prestandi iuramenti obliget efficaciter et astringat. Mandans preterea
dicta sancta Synodus quod litere sacri concilii gesta seu munimenta solito more super
premissis conficienda fiant super eisdem omnibus et singulis quolibet eorum ad maiorem
certitudinem parti litere sub Sigillo Concilii in forma plenissima cum omnibus et

singulis clausulis non obstantibus necnon revocationibus et derogationibus aliis quibuscumque dicto
domino Angelo seu alteri vel aliis per eos recipienti vel recipientibus assignande

Et ego Antonius episcopus Concordiensis ista legi et pronunciavi in publica sessione
generalis concilii Constanciensis prout superius continetur die lune quintadecima mensis Julii
anno domini [illegible] in premissorum fidem hic manum meam propria scripsi

Quia dignum est laborantes pro pace ecclesie sacrosancte plena securitate liber-
tateque gaudere nullisque impedimentis seu molestiis inquietari hec sacrosancta Con-
stanciensis synodus ecclesiam catholicam representans in spiritu sancto congregata statuit diffi-
nit et ordinat quod quicumque cuiuscumque status condicionis existat etiam si regalis
cardinalatus patriarchalis archiepiscopalis episcopalis ducatus principatus comitatus
marchionatus seu alterius cuiuscumque dignitatis seu status ecclesiastici vel secularis ex-
istat qui serenissimum et christianissimum principem dominum Sigismundum Romanorum et
Hungarie etc. regem vel alios cum eodem adveniendos cum domino rege Aragonum
pro pace ecclesie et extirpatione presentis scismatis per hoc sacrum concilium ordinatos ad dictam con-
ventionem euntes vel redeuntes impediverit turbaverit molestaverit aut aliquod dampnum
in personis vel bonis aut familiis eorum intulerit aut inferri fecerit seu aliis di-
recte vel indirecte clam vel palam seu alias quovismodo inferri permiserit sententiam
excommunicationis auctoritate huius sacri generalis concilii ipso facto incurrat a qua absolvi
nequeat nisi per ipsum sacrum concilium seu futurum unicum et indubitatum summum pontificem preter-
quam in mortis articulo specialiter reservata Et ultimus omni honore dignitate officio
beneficio ecclesiastico et secularibus sit ipso facto privatus

Item ut deus prefati serenissimi principis et aliorum cum eo ad dictam conventionem pro
unione ecclesie sacrosancte accedentium viam pacis ecclesie sue dirigere ac corda
illorum cum quibus sunt acturi ad eandem pacem sua clementia inducere et illos in
dicta pace obedientie adhuc sacro concilio [illegible] reducere dignetur statuit et
ordinat ista synodus quod singulis septimanis die dominico fiat processio generalis
in hac civitate Constanciensi cum missa solempni quibus processioni et misse omnes
prelati in hoc sacro concilio existentes interesse teneantur vestimentis pontificalibus
ut est moris induti Conceditque dicta sancta synodus cuilibet premissis interessenti
centum dies indulgentie et totidem cuilibet presbytero unam missam celebranti
et aliis qui devote semel in die pater noster et ave maria pro dicta necessitate
orando dixerint quadraginta dies indulgentiarum in forma ecclesie solita etc.

ap Processus autem contra committentes prestitisse concilium auxilium vel favorem seu eos ratos et
gratos habuisse vel ipsorum processum patratores receptasse nominatim necnon illos depub[li]-
cabis per informationem huiusmodi nominatim cum sint qui [qualibet] culpabiles fuerint in
premissis generaliter iuxta formam et tenorem processuum predictorum quos per premissis hic
habemus etc. tam excommunicatos et anathematizatos diebus dominicis et festivis et pul-
satis campanis et candelis accensis et ad terram proiectis in ecclesiis [illegible] aliisque locis
cum maior inibi cleri et populi fuerit multitudo publice denuncietis et faciatis ab aliis publice
nunciari et ab omnibus artius evitari dictumque interdictum in ecclesiis et aliis ubilibet
iuxta tenorem processuum predictorum observari donec [illegible] prefato serenissimo principi
Romanorum regi et predictis episcopis et [illegible] et aliis de eis commissis iniuriis ac dampnis
et interesse satisfecerint ac ablata seu depredata aliquibus restituerint aut super hoc
cum eis amicabiliter concordaverint excommunicationis [illegible] absolutionis beneficium obtinuerint
dictumque interdictum debitum meruerint relaxari [illegible] quod id quod [illegible] per dominum [illegible] // sunt
[illegible] per alium [illegible] [illegible] et [illegible] Quod si forte prefati nobiles
et predones de iniuriis dampnis et interesse predictis eisdem episcopis [illegible] et aliis
aut alteri eorundem satisfacere et eis ablata restituere seu super hoc cum ipsis concordare

in loco

processum post monitionem eis ~~[struck]~~ in singulis predicta publica super hoc factam
distulerint eis ad satisfaciendum dominis de capitulo et interesse tamen et eadem
oblata restituendum seu super ipsis concordandum ut prefertur auctoritate predicta penam
nove capellani innodato alias si opus fuerit auxilio brachii secularis et
nihilominus ad predictarum monitionum processuum executionem contra quoscumque transgressores
et contemptores procedant monitionibus et penis in eis ipsos serventur et teneantur
contradictores per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia auctoritate predicta compescendo
non obstantibus fe. re. Bonifacii pape viij quibus cavetur ne aliquis extra suam civi-
tatem et diocesim nisi in certis exceptis casibus ultra unam dietam a fine sue diocesis ad
iudicium evocetur Seu quod iudices a sede deputati predicta extra civitatem et diocesim
in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere seu alijs vel alijs vices suas co-
mittere aut aliquos ultra unam dietam a fine diocesis eorundem trahere non presumant et de
duabus dietis in concilio generali edita et alijs quibuscumque constitutionibus apostolicis pontificum
tam de personis delegatis quam de personis ultra certum numerum iudicium non vocandis et alijs
editis que eius possent in hac parte iurisdictionem aut potestati eius ac liberam libere obviare quovis
obviare necnon omnibus illis que in dictis literis processibus volumus non obstare datum

Die [illegible] xxiij mensis Augusti fuit lecta presens cedula et per concilium data

Item sacrosancta et universalis synodus Constanciensis reverendos in christo patres dominos Bartho-
lomeum [illegible] pistoriensem et placentinum episcopos ad audiendum causas et querelas ad
dictum concilium devolutas seu deductas et devolvendas seu deducendas usque ad finalem
conclusionem deputavit verum quia ipsa synodus diversis occupata negocijs ipsas
causas fine finali decisione sine predicta remanere prefatis dominis episcopis eas causas ipsas finaliter
et summarie et simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicij finiendi et terminandi
assumptis in communicandis processibus et sententijs proferendis quatuor assessoribus unius eli-
gendis de quatuor nacionibus personis non suspectis super quo eos eorum occasione onerat
causis tam ecclesiarum cathedralium et maiorum earundem dumtaxat exceptis plena-
riam tribuit potestatem Et ut eas facilius negocia et cause ad finem optatum perveniant
432 Eadem sancta synodus ut ipsi iiij^or aut tres aut duo ex ipsis alijs statuit
hoc non venientibus omnibus ipsas in ipsis causis occurrentes tenere et observari sive
et alias usque ad omnimodam diffinitivam conclusionem inclusive in causis ipsis procedere possint et valeant
statuit ordinat et decernit etc

intendere volentes eis alias finali decisioni

De quatuor nacionibus cuiuslibet synodi [illegible]

Item statuit ordinat et decernit sacra synodus quod quibuscumque literis sub bulla
ipsius synodi conficiendis super quibuscumque causis negocijs et factis sententijs formis
in iudicio et extra ubicumque exhibite fuerint vel ostense illa fides ipsis adhibeatur
433 que literis apostolicis bullatis consuevit et debet merito adhiberi et eandem vim illas
quod robur habeat in omnibus et per omnia quam et quod ipse litere apostolice habent et habere
possunt et debent quousque dicte bulle usus et custodia per concilium deliberabitur

Item predicta sancta synodus finaliter statuit ordinat et decernit quod omnes et singuli
qui dolum et fraudem seu falsitatem aliquam in huiusmodi literis bullandis dicte synodi
per se forsan commiserint et illi etiam qui in hac consenserint aut talia fieri procuraverint
aut talibus literis falsis scienter usi fuerint illas censuras et penas ecclesiasticas incur-
rant quas falsificatores literarum apostolicarum et qui illis scienter utuntur necnon penas in
illos iure communi inflictas incurrant sententialiter

placet

Item placet statuit ordinat et decernit dicta sancta synodus quod lite super omnibus et singulis
causis per dominum Balthasarem tunc Johannem papam xxiij usque ad tempus ab administratione
spiritualium et temporalium suspensionis scilicet ad diem martis quintamdecimam mensis Maij anni
currentis signatis possint et debeant per reverendum in christo patrem et dominum Johannem episcopum
ostiensem sancte Romane ecclesie cardinalem et vicecancellarium et iiij^or sibi adiunctos videlicet
episcopis [illegible] Concordiensi et magistris Theoderico [illegible] et Roberto [illegible] auctoritate
dicte synodi sub modis et formis quibus summi pontifices literas gratie et iustitie
suorum predecessorum Romanorum pontificum in similibus expediri consueverunt et nota cum debito

De quatuor nacionibus

et regulis ac observanciam et stilum Cancellarie Apostolice et sub nomine dicte bulle
Synodi expedire exportatoribus et observantibus duo dumtaxat exceptis

Sacrosancta Synodus Constanciensis mittit Ambasiatores suos ad Reverendissimum
in Christo patrem dominum Corario episcopum Cardinalem olim Gregorium xij in sua obediencia
nominatum et ad dominum Cardinalem ... Constanciensem et ad alias partes Ytalie 493
super factis et negociis cum instruccionibus et facultatibus deliberatis
et conclusis quorum Ambasiatorum nomina sunt hec videlicet dominus Archiepiscopus
Mediolanensis Archiepiscopus Ragusinus Episcopus sancti Flori Abbas Florencie Apostolice
[illegible] Auditor Johannes Scolis

Sequitur littera decreta et lecta in Sessione die undecima Julii contra
quosdam invasores quorundam Ambasiatorum in hunc modum

Sacrosancta Synodus Constanciensis generale Concilium faciens et universalem
ecclesiam representans in spiritu sancto legitime congregata Venerabilibus episcopis Parisiensi Car-
notensi Tullensi Lexoviensi et eorum vicariis Salutem in domino sempiternam. Nup-
er siquidem pridem contra quosdam molestatores perturbatores et invasores
quorundam personarum ecclesiasticarum et secularium ad Romanam Curiam et presens nec-
non quecumque alia Concilia generalia venientium statutum in ipsis ... decer-
nendo ab eisdem in publica dicti sacri Concilii Sessione factum et pub-
licatum cuius tenorem volumus hic tamquam de verbo ad verbum insertum haberi. Cum autem
ex pluribus fidedignorum relatione etiam hac fama publica referente ad
nostram notitiam devenerit quod Nobiles viri Karolus de Duel dominus 460-465
loci de Romannes et Thomas de Chat Turrice cum pluribus armatorum
comitiva eos sequentium facta Nobilium seu sue salutis immemores tamquam
iniquitatis filii fideique catholice et presentis sacri Concilii turbatores vanos
ymo predones ac tyrannos more solito venerabiles Carthonensem et Eboracensem episcopos et
magistros Guilhelmum de Cazela decretorum doctorem Silvanatensem Serenissimi et Christianissimi
Karoli Regis Francorum Consiliarios ... Nono Bidony Beniamin in theologia
et Jacobum de Sparte in artibus et medicina magistros per dominum Regem Parisiensem
ad presens Concilium destinatos et qui per idem Concilium ... ad Serenissi-
mum et Christianissimum principem Sigismundum Romanorum et Ungarie Regem
pro bono universalis ecclesie dictique Sacri Concilii ac honore et utilitate dicti Francorum
Regis mittebantur cum sua familia et aliis de huiusmodi Sacro Concilio ad
Romanam Curiam recedentibus aliis ignominiose tyrannice in terris Romano
Imperio subiectis uno capellano predicti et duobus familiaribus episcopi
Carthonensis predicti letaliter vulneratis invaserunt et sacrilege ceperunt
et nonnullis equis et bonis depredati et pena affecti et grauiter iniu-
riatis dimissis prelatis episcopis [illegible] et aliis nec pontificali dignitati nec
clericali ordini deferendo ad Castrum de Sagy deposuerunt
in ducatu Barrensi captivos in carcere duxerunt eos bona nostra ...

dimittendo et quod postmodum dictus Karolus prefatos episcopos et aliquos eorum
bellis predictis captivis predictis volens ipsos ducere longius et transferre
penis et affligere cruciatibus et tormentis a dicto castro reliquis captis
ibi remanentibus extraxit tempore nocturno ipsosque per nemora sanguine flua-
nte et demum in quandam longe per dimidiam a castro memorato ducens
ad illustrissimi principis videlicet Bavarie primo deinde Lotharingie ducum
notitia deductis ipse videlicet Bavarie illos qui in dicto castro captivos
remanserant eodem castro vi armorum capto et Lotharingie duces
episcopos et alios quos secum duxerat Carolus predictus armatorum potentia
eis ad id comitantibus extra Collem Dudomensem Civitatum prebentes aux-
ilium consilium vel favorem constituerunt libere et personas eorum libere reduci
fecerunt eis equis armis et victualibus gratiose concedendo Nos prefatos
duces et communitates detantes pro eo quod episcopis iniectis et aliis me-
moratis ob sacri Concilii diligentie Ecclesie ac Regni predictorum favorem
gratis in premissis in domino collaudamus Nolentes quod sit vel dici vel expedit
dictos barbaros et quoscumque alios sic huiusmodi horrendis et detesta-
bilibus excessibus eorum prestantes auxilium consilium vel favorem absque
animadversione relinquere impunitos Circumspectioni vestre auctoritate dicti concilii
per et si et ss amen committimus et sub excommunicationis pena quam quilibet vestrum
qui mandatis nostris non paruerit trina canonica monitione premissa
merito volumus ipso facto incurrendo mandamus quatenus vos vel duo aut
unus vestrum per vos vel alium seu alios mediate volumus auctoritate predicti concilii de
omnibus et singulis excessibus premissis et ea contingentibus simpliciter et de
plano sine strepitu et figura iudicii sollicita adhibita et fideli diligentia
tam in vestris civitatibus et diocesibus quam aliis locis de quibus expedire videritis vos infor-
metis et predictos Nobiles et alios omnes et singulos laycos cuiuscumque sta-
tus dignitatis vel conditionis fuerint etiam si regali pontificali episcopali vel
alia quacumque prefulgeant dignitate quos in informatione reperietis commi-
sisse aut quicquid fecisse vel mandasse predictum excessum aut in eis committendo
prestitisse auxilium consilium vel favorem seu eos ratos et gratos habuisse
vel ipsos excessuum patratores receptasse nominatim necnon illos de quibus
per informationem huiusmodi nominatim constiterit qui quolibet culpabiles fue-
rint in premissis qualiter in forma et tenore premissum predictos quos per excommunicatos
haberi volumus tam diu excommunicatos anathematizatos diebus dominicis
et festivis et pulsatis campanis et candelis accensis et ad terram proiectis
in eisdem civitatibus atque locis eo maiori in eis clero et populo fuerit multitudine
publice nuncietis et faciatis ab aliis nunciari et ab omnibus arctius evi-
tari denique nichilominus in ecclesiis et aliis ubi in tenore excessus
dictorum premissum locis observari faciatis donec nobis prefatoque domino nostro
Romanorum Regi et predictis episcopis et nunciis et aliis de eis commissis iniuriis
et dampnis et interesse satisfecerint ac oblata seu depredata ab eis
restituerint aut sic hoc eis ab huiusmodi excommunicationis anathematizationis
sententiis absolutionem beneficium obtinuerint Ceterum nichilominus debitis remediis
relaxari Item quod eo quod fuerit per vicem incepturum convalescit per alium

seu alios valeat mediari et finiri. Ceterum si forte predicti Nobiles et persone
de iniuriis dampnis et interesse predictis eisdem fratribus nostris et aliis aut alicui
eorundem satisfacere et eis ablata restituere seu super hiis cum ipsis con-
cordare infra mensem post monitionem eis in locis insignibus per edicta publica
si hoc facta distulerint eos ad satisfaciendum de iniuriis dampnis et
interesse huiusmodi et eadem ablata restituendum seu si ipsis concordandum
interesse aut concordare per censuram ecclesiasticam compellatis Invocato ad hoc si opus fuerit aux-
ilio brachii secularis Et nichilominus adpredictos nostros processus [illegible]
contra quoscumque ipsorum transgressores et contemptores procedatis in omnibus et p-
[illegible] apud [illegible] seu designatam et rebelles Contradictores per censu-
ram ecclesiasticam et alia iuris remedia auctoritate predicta compescendo Non obstante felicis recordationis — 6
Bonifacii pape viii in quibus cavetur ne aliquis extra suam civitatem et diocesim nisi
in certis exceptis casibus ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium
evocetur Seu quod iudices a sede deputati predicta extra civitatem et diocesim in quibus
deputati fuerint contra quoscumque procedere seu alii vel aliis vices suas committere
aut aliquem ultra unam dietam a fine diocesis eorundem trahere non presumant
et de duabus dietis in Concilio generali quo aliis quibuscumque constitutionibus
tam a Romanis pontificibus de iudicibus delegatis quam de personis ultra
certum numerum ad iudicium non vocandis et aliis editis que vestre possent in hac
iurisdictioni atque potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obviare necnon omnibus
hiis que in dictis nostris processibus voluimus non obstare. Datum etc. Anno

Deinde secuntur decreta 2 littere etc. Sessionis xix Die lune xxiii mensis Septembris
Et primo peractis missa et letaniis ac officiis cum aliis cerimoniis solitis et fieri
consuetis reverendissimus pater et dominus dominus Cardinalis Cameracensis unus de deputatis et
Commissariis in materia fidei surrexit et proposuit qualiter magister Jeronimus
de Praga accusatus et diffamatus de heresi, et sic hoc [illegible] pro
illud redeundo ad gremium sancte matris ecclesie et fidei orthodoxe alias
proposuisset in publica congregatione in presenti loco Sessionis se revocare velle
omnem heresim quam incidisset ex collationibus sermonibus et sequela Jo. Huss.
specialiter heresim [illegible] per sacrum Concilium et protestatus fuisse prout in quadam cedu-
la propria manu ipsius eiusdem Jeronimi conscripta quam tunc de verbo ad verbum perlegit
perlegit Sed ex quo illud non videbatur sufficere quia non fuit in publica
sessione factum idem dominus magister Jeronimus iterum venisset ad presentem sessionem [illegible]
in qua tunc proposuit et allegaverat et clamavit quod se proposito revocare.
Et tunc ipse magister Jeronimus ascendens ambonem coram sacri Concilii
presentia premittendo primitus quedam breves et solempnes protestationes
recommendando ipsos reverendissimos patres dominos deputatos et Commissarios in materia
fidei de eorum bona atque salubri doctrina et pia tractatione et de aliis
bonis sibi per eos impensis Qua protestatione facta legebat unam cartam
in pergameno manu sua propria conscriptam revocationem errorum et doctrine Johannis Wi-
cleff et Jo. Huss protestans faciens et dicens ut in eadem cedula cuius
tenor inferius est insertus plenius continetur. Qua lecta protestatus
fuit quod si Huss confirmationem [illegible] quia hoc licet nunquam tenuisset illos errores

sed quandoque disputavit et fecit contra sanctam katholicam fidem Romanam ecclesiam non te-
nuit neque fecit pertinaciter sed disputative et tanquam non informatus ut dixit
Et dixit quod predictas revocationem protestationem et abiurationem non fecit propter
detentionem non fecit propter detentionem ymmo si liberatus esset cotidie et [illegible]
quam hodie habet vellet facere publicare se sedem quod legit et scripsit in eadem
cedula offerens animam suam tanquam adulescentula sponse Christi vel Ecclesie recom-
mendando se omnibus dominis cardinalibus archiepiscopis episcopis prelatis et toti concilio
regraciando ipsis de eorum bona doctrina et reductione eius de erroribus suis
ad fidem catholicam et ecclesie unitatem Super quibus magister H. de Piro promotor
etc. petiit a prothonotariis instrumenta etc. Juxta tenorem dicte et prescripte sche-
dule etc.

Ego Jeronimus de Praga liberalium artium magister Cognoscens veram
catholicam et apostolicam fidem anathematizo omnem heresim precipue eam
de qua hactenus infamatus fui et quam prioribus temporibus dogmatizaverunt et
tenuerunt Jo. Wicleff et Jo. Huss in suis opusculis seu libellis et ser-
monibus ad clerum et ad populum pro qua et predicti cum suis dogmatibus et
erroribus dampnati sunt ab hac sancta Constantiensi synodo tanquam heretici et
503-6 ipsorum doctrina predicta fuit dampnata maxime in nonnullis articulis expressis
per hoc sacrum concilium contra ipsos latam qui etiam articuli infra scribuntur

Consentio autem sancte Romane ecclesie et apostolice sedi et huic sacro
concilio et ore et corde profiteor in omnibus et per omnia presertim de clavibus
de sacramentis ordinibus officiis et censuris ecclesiasticis de indulgentiis et reliquiis
sanctorum et ecclesiastica libertate ac etiam de ceremoniis et aliis omnibus ad religi-
onem christianam pertinentibus prout ipsa Romana ecclesia apostolica sedes et hoc
sacrum concilium profitentur et specialiter quod predictorum articulorum plures sunt notorie heretici
et dudum a sanctis patribus reprobati quidam vero blasphemi alii erronei
alii scandalosi quidam etiam piarum aurium offensivi et ipsorum nonnulli
temerarii et seditiosi et pro talibus sunt predicti articuli per hoc sacrum con-
cilium nuper condempnati et inhibitum omnibus et singulis catholicis sub
anathemate interminatione ne deinceps eosdem aut ipsorum aliquem quis
predicare dogmatizare vel tenere presumeret

Item ego Jeronimus audiens quia in nonnullis actibus scolasticis ad persua-
dendum opinionem de universalibus realibus et quod una communis essentia generis
esset homo Abraham Moyses etc. et quod una essentia speciei
essent plura eiusdem speciei supposita et quibus causa ut Jeronimus Ambrosius
505-6 Augustini et ita de singulis et ad hoc manuducendum velud exemplo
sensibili descripsi quandam triangularem figuram quam scutum fidei nominavi
ideo ad precludendum intellectum erroneum et scandalosum quem fortasse
aliqui ex hoc accipere potuerunt dico assero et declaro quod dictam fi-
guram non feci nec eam nominavi scutum fidei hac intentione quod vellem
dictam opinionem de universalibus extollere super omnem opinionem quam
sic quasi esset scutum fidei quod sine eius positione non posset fides
catholica veritas protegi et defendi Cum nec dicte positioni

velim pertinaciter adherere sed hoc ideo dixi quia in dicte figure triangularis descripcione ponebam quod quia divina essencia est tamen divina suppositalitas et quilibet eorum scilicet pater et filius et spiritus sanctus
qui quidem intellectus aliquis est preiudicium sanctis fidei et veritatis catholice fundamentis

Preterea ut cunctis pateat que fuerit causa quare fui coniunctus ad heresim et favi dicto quondam Johanni Huss notifico quod cum ipsum tam in predicacionibus et in scolis credidi eum multociens audivissem eum virum bonum esse nec in aliquo derogare a tradicionibus sancte matris ecclesie et sanctorum doctorum ymo etiam cum nuper in hac civitate mihi fuissent oblati articuli infrascripti per eum positi et per sacrum Concilium dampnati credidi non credidi suos esse saltem in ea forma cum ab aliquibus egregiis doctoribus et magistris in sacra pagina audivissem affirmari quod sui erant postulans pleniorem informacionem mihi ostendi libros manus sue in quibus dicti articuli contineri dicebantur quibus mihi ostensis manum eiusdem scriptis quam sicut meam propriam bene cognosco dictos articulos reperi ibi et conscriptos omnes et singulos in ea forma qua dampnati sunt reperi unde non immerito reprehendi et reprehendo ipsum et suam doctrinam cum eius sequacibus per hoc sacrum Concilium dampnatam et reprobatam fuisse tamquam hereticam et insanam et hec omnia supradicta dico pure et sine condicione ut iam plene et sufficienter informatus de sentenciis sumptis latis per hoc sacrum Concilium contra doctrinas dictorum quondam Johannis Wicleff et Johannis Huss et contra ipsorum personas quibus omnibus tamquam devotus catholicus in omnibus et per omnia humiliter consencio et adhereo

Item ego idem supradictus magister Jeronimus cum alias coram reverendissimis dominis cardinalibus ac venerabilibus dominis prelatis et doctoribus et aliis venerabilibus personis huius sacri Concilii in isto eodem loco voluntarie libere et spontanee exponerem et declararem intencionem meam inter alia loquens de ecclesia eam tripharie distinxi et ut percepi postea a quibusdam intellectum est velle me dicere quod in ecclesia triumphante esset fides quam tamen credam firmiter quod ibi est beatifica visio excludens omnem enigmaticam cognicionem ex eo dicens in meo dicto assero et declaro quod numquam fuit intencionis mee dicere quod ibi esset fides qua tamen credam subiectione fidei sed cognicionem fidem superequivalentem excedentem et generaliter quicquid ibi vel alibi dixerim refero et subicio me humili corde determinacioni huius sacri Constanciensis Concilii

Insuper iuro per sanctam trinitatem et per hec sacrosancta ewangelia me in veritate ecclesie catholice semper et sine dubio permansurum et omnes qui contra hanc fidem venerint cum dogmatibus suis eterno anathemate dignos esse profiteor Et si ego ipse aliquando quod absit aliquid contra sentire aut predicare presumpsero canonum severitati subiectum et eterne pene obligatum me esse

Et hanc confessionis et professionis mee paginam coram hoc sacro Concilio generali libere et voluntarie porrigo et eadem me propria manu subscripsi et hec singula conscripsi

Articuli vero Jo. Wicleff et Jo. Huss predicti sequuntur Et primo Jo. Wicleff qui sequuntur sunt in sessione in tali die mensis May qui sic incipiunt Verba pauca mala et sic sunt xlv articuli

Articuli vero Jo. Huss reperiuntur in sessione sua in die Julii contra ipsum celebrata qui sic incipiunt Unica est sancta universalis ecclesia que est predestinatorum etc.

Sequitur tenor cedule observancie sive ordinacionis a sessione in qua fuit ... statuta est cum suis modificacionibus et aliis inductis observande per deputatos

sacri Concilii conclusione concordatur et in eadem supradicta sessione decrete et lecte per honorabilem 8
virum d. Wo. Valdningen auditorem Concilii in hunc modum

Dilectis filiis Generali et provincialibus ministris Custodibus ceterisque ordinis
minorum Salutem in domino sempiternam Supplicationibus personarum que vite religiose sunt astricte
illis presertim libenter annuimus quorum ad finem tendere conspicimus per que persone ipse sub placida
tranquillitate in sua professione quiescant ac sedulum et tranquillum in humilitatis spiritu
domino reddere valeant famulatum Nuper siquidem supplicationibus pro parte religiosorum virorum Guardianorum ac
et fratrum vestri ordinis Conventuum videlicet de sancto Audomaro Morinensis de Sagio Sagiensis
de Varenis Cenomanensis de Dola Bisuntinensis de Lavalle Cenomanensis de Clicio Nannetensis
de Ambasia Turonensis de sancto Johanne Angeliaci Xanctonensis de Bercherio de Tholeto
et de Fontinetatis Convictis Magdalatensis diocesium infra provincias Francie Burgundie
et Turonie vestri ordinis dudum dicti ordinis nobis humiliter presentata continebat Quod divina
cooperante clementia temporibus hiis novissimis regularis observantia vite eiusdem dicti ordinis
in prefatis conventibus integraliter vigeret sed variis obstaculis impedimentis per ministros et
custodes illarum provinciarum eis prestitis in ipsa stricta observantia non mediocriter impediebantur
quorum impedimentorum occasione scandala multa pullulabant humiliter et devote supplicantes
quatenus eis de remedio oportuno providere dignaremur Nos igitur eos supplicantibus tamquam
iuste benigne annuentes cupientes scandala quelibet de medio vestri ordinis tollere
atque unitatem in eo conservari fratres in pacis dulcedine conservare statuimus et decernimus
eisdem supplicantibus fore providendum et sic tenore presentium eis providemus in forma per reverendissimos
per d. videlicet Jordanum Episcopum Albanensem de Ursinis vestri ordinis protectorem et per
Po. sancti Crisogoni presbiterum Cardinalem vulgariter nuncupatos sancte Romane Ecclesie Cardinales
et alios ex parte iiii.or nationum huius sacri Concilii super hoc specialiter deputatos advisatam tam
et traditam atque per religiosum virum fratrem Jo. Rotha in sacra pagina professorem et
vicarium ministri generalis audita una cum aliis pluribus magistris et discretis fratribus
vestri ordinis ex una parte et fratres prenominatos Conventus representantes ex alia concordata
videlicet Quod fratres Conventuum predictorum decetero et quousque aliud super hoc per sacrum Ge-
nerale Concilium fuerit ordinatum possint et valeant quilibet in sua provincia elige-
re pro dicta sua stricta observantia unum fratrem ydoneum qui in spiritualibus ministro illius pro-
vincie presentetur quem minister infra triduum post huiusmodi presentationem suum vicarium constitue-
re debeat ad ipsos regendum in solidum loco et vice eius et eis providendum tam
et quibuscumque aliis modis quibus ipse provincialis eis providere posset Ita quod de ipsis
fratribus regimine in nullo se possint intromittere dicti provinciales vel custodes sed ad
ipsos vicarios tantum et correctio eorum omnimoda pertineat Excepto quod ad sue superioritatis
cognitionem minister ipsos possit si voluerit visitare in propria persona et tenere premittere
de consilio maioris et discretos conventus in quo fiet hec visitatio quidquid puniendum
dignum reperierit que si constitutus renuerit ministro predicto contra constitutionem eiusdem
punienti ad vicarium ministri generalis infra eius auctoritate devolvatur et pertineat ab
salute Reliquum vicarum huiusmodi tamen provincialium possint et debeant una cum fratribus
discretis sibi subditis forma solita in electionibus ordinis servata minister eligere
in locum eorum aliud fratrem ad hoc sufficientem et ydoneum procedendum vicarios correctione
et totius huius stricte observantie in predictis provinciis meliori regimine quod per eas
in spiritualibus ministro generali ordinis qui erit pro tempore humiliter presentetur ipsum ministrum super illos

sed vicarium constituere infra triduum post illam pronunciationem benigne debeat et teneatur
Alioquin ipso triduo transacto sit et esse censeatur vicarius ipsius generalis auctoritate huius sacri concilii
constitutus. Quicumque vicarius generalis in sua congregatione vel alias solus debet et possit
vicarios praefatos quotiens opus erit punire et ipsis ac fratribus aliis sibi subditis providere
in omnibus quibuscumque casibus quibus magister generalis eis potuisset providere. Verum quia
ut saepius contingit quotiens generales magistri indigent longius oportet evagari et
pro hac vice primaria constituimus in praefatum generalem vicarium fratrem Nicolaum Rodolfi apud
nos de hac observantia laudabiliter providum et diligentem zelatorem multum commendatum. Quem
volumus deponendum quotiens vicariis et aliis fratribus districtis expedire videbitur congre-
dum. possit tamen generalis magister qui est et qui erit pro tempore ipsos fratres et conventus in sua
persona quotiens voluerit visitare praelibato vicario non obstante et punire si quid in
sua visitatione puniendum reperit sicut moris est in ordine nostro et alias facere consueverunt
Verumtamen non intendimus quod praedicti vicarii praeter mortem depositionem seu mutationem illorum
quos vice fungerint possint a suis officiis removeri vel in eis impediri nisi de
hoc assensus maioris et discretioris sibi subditorum partis intervenerit ad quos eos
semper deponere et alios eligere auctoritate generali provincialibus quoque magistris praeterire modo
et forma praemissis quotiens fuerit oportunum. Volumus et declaramus praeterea insuper
possit et debeat ipse generalis vicarius et sui successores conventus sibi pro tempore subiectos
ad statum dictae strictae observantiae consonum modo declaratum et statuta sedis apostolicae
et ordinis reducere tollendo quaestus superfluitates sive sint in rebus mobilibus vel
immobilibus quanto fieri poterit bono modo habito semper consilio maioris et discretioris
sibi obedientium eligendo si opus est aliquos fideles qui ipsas superfluitates auctoritate huius sacri
concilii videant commutant aut aliis piis operibus concedant. Insuper statuimus
quod omnes et singuli conventus praedictarum provinciarum quotiens maiori vel seniori parti fratrum
in eis consistentium placuerit ad hanc strictam observantiam se reducere et vicariis
antedictis se subdere hoc libere facere possint. Et etiam singuli fratres cuiuslibet conventus
contradictione cuiuscumque non obstante aliquos vicariorum obedientiam et subiectionem nullus cogere possit
sine speciali litteris vicarii generalis antedicti. Non tamen per hoc intendimus quin fratres
et conventus qui voluerint possint sub hanc strictam observantiam vivere manendo
et in mente sub cura magistrorum provincialium exceptis tamen praenominatis conventibus et con-
ventu de Amalello praedictarum dictorum quos volumus consistere et ordinamus curae et
regimini praedictorum vicariorum subesse rexerit ut sicut in ea consueta regulari observantia
in partibus illis suscepit exordium ita in illo tamquam in aliorum speculo semper elucescat
Ceterum ne modo similium sapientes volatilia ad sibi similia libenter conveniant statuimus
quod qui fratres huiusmodi observantiae reformationis studio ut alias providimus proficiscentur ad
loca et conventus communitatis ordinis declinare si voluerint ad alia vero loca sive
in observantia sibi sperent semper declinare teneantur modo quod institutis ordinis concedere
Insuper quilibet provincialis magister provinciarum praemissarum vicario generali saepedicto pro tempore duos
conventus in provincia sua fideliter assignet aptos ad manendum munitos libris et
aliis rebus pro cultu divino quotiens ab eodem vicario praelibato aut aliis in suo provinciali
capitulo fuerit requisitus eligendos per ipsum provincialem. Ita quod post hanc assignationem
mobilia generaliter dictis conventibus pertinentia quaecumque sint non debeant abstrahi seu segre-
gari praeter dispositionem domini protectoris ordinis nostri. Et si contingerit quod magistri provincia-
les custodes et alii expulerint vel oppresserint fratres huiusmodi observantiae ab
aliquo seu aliquibus conventibus praenominatos a quindecim mensibus citra violenter

et alios locos eorum ibidem collocaverint vel mobilia ad ipsos conventus seu aliqua ipsos
spectantia deportaverint volumus et mandamus districte praedictos fratres indilate reddere
et cedere de dicto conventu. Et mandamus tenore praesentium praelibato vicario generali ceterisque ante-
dictis omnibus modis quibus fieri poterit honeste et licite ipsos cedere et praedicta bona
restituere compellat per censuras ecclesiasticas et alios fratres et subditos suos de novo
collocando omnibus quibuscumque districte prohibentes ne quis eorum super hoc impedire
praesumat sub excommunicationis poena, quin magis ei praebeat unusquisque requisitus auxilium et
iuvamen. Statuentes ulterius ne deinceps fratres huiusmodi strictae observantiae fiant
capellani honoris vel maneant continue in domibus saecularibus causa confessionis vel alia causa
contra alios fratres eorum ordinis in praeiudicium ne forte freno obedientiae laxato vel ipsorum
tenerisatae fervor devotionis tepescat. Praecipimus insuper et mandamus districte in
virtute sanctae obedientiae omnibus et singulis fratribus conventualibus praedictorum et aliis in futurum
sub cura et regimine vicariorum praedictorum constitutis seu constituendis ceterisque ipsis fra-
tribus obediant et pareant eo effectu in omnibus quibus fratres illius ordinis suis ge-
nerali et provincialibus ministris obedire debent. Ceterum ut praedicta sint devolute
pariter sicut praefertur per nos statuta et ordinata districtius inhibemus omnibus et sin-
gulis ministris et custodibus qui sunt et erunt in futurum ac aliis fratribus vestri
ordinis ne occasione conventus sic factae super his motae aut persecutionis in praesenti concilio
factae seu alia quavis causa fratres de hac observantia praesentes vel futuros inquietent
molestent vel affligant seu eos vicarios vel de secta nova seu reprobata quomodolibet
vocent. Nec etiam fratres de observantia alios fratres vestri ordinis nec eleemosynas
et oblationes sibi dandas impedire praesumant. Quod si decreto aliqui aliis facto contra praemissa
vel eorum aliquos hinc inde iniuriati fuerint manus violentas in eos ponendo eos
incarcerando arrestando libris spoliando aut aliis maculam haeresis sibi imponendo maioris
excommunicationis ipso facto incurrant. Iniuriatos autem non possint absolvi mortis articulo excepto
absolvi nisi per eum qui pro tempore ordinis huiusmodi erit protector. Decernentes vero le-
noribus iniuriis verbalibus omnes in hoc culpabiles deprehensi per eorum praelatos
puniantur contra praemissa fulminationibus, appellatione remota, interpositis et litteris felicis recordationis Alexandri papae
quinti et eorum confirmatione non obstantibus quas tenore praesentium revocamus cassamus et annul-
lamus ac nullius roboris vel momenti declaramus et aliis quibuscumque statutis apostolicis
vel huiusmodi ordinis in contrarium editis non obstantibus. Datum Constantiae die xxiii mensis
Septembris anno Domini millesimo quadringentesimo xv in publica sessione eiusdem concilii eodem decreta

Sequitur aliud statutum sive decretum concilii quo salvusconductus
concessus haereticis debeat observari de rigore iuris in eadem sessione per eundem
dominum Wilhelmum? in haec verba

Praesens sancta synodus ex quovis salvoconductu per imperatorem reges et
alios saeculi principes haereticis vel de haeresi diffamatis, putantes eosdem sic a suis
erroribus revocare, quocumque vinculo se astrinxerint concesso, nullum fidei catholicae
vel iurisdictioni ecclesiasticae praeiudicium generari vel impedimentum praestari posse seu
debere declarat quominus dicto salvoconductu non obstante liceat iudici competenti ecclesiastico
de huiusmodi personarum erroribus inquirere ac alias contra eos debite procedere eosdemque
punire quantum iustitia suadebit si suos pertinaciter recusaverint revocare errores
etiam si de salvoconductu confisi ad locum venerint iudicii alias non venturi

Subsequenter mandato et voluntate Synodi idem dominus W. Auditor legit aliam or-
dinationem videlicet super constitutione Karolina prout habetur in libris in qua mandatur domino
vicecancellario pro tempore dare litteras executorias super constitutione Karolina prout habetur in libris can-
cellarie omnibus eas habere volentibus huiusmodi sub tenore

Executoria Karoline

Bonifatius episcopus servus etc. Venerabilibus fratribus Mynden et Verden 7
episcopis et dilecto filio decano ecclesie Mynden salutem etc. Olim et apostolicam benignitatem Justis et
honestis supplicantium votis libenter annuimus illaque favoribus prosequimur oportunis. Dudum siquidem
felicis recordationis Honorius papa iii predecessor noster attente considerans quod clare memorie Fridericus 525-9
secundus qui regnavit Anno domini etc. Imperator semper augustus ad laudem Romane ecclesie
et sacri decoris Imperii cupiens ut expurgatis quondam erroribus et iniquis statutis
penitus destitutis ecclesie et ecclesiastice persone plena quiete vigerent et securitate libertatis
gauderent, atque recte et iuste attendens quod quorundam perversorum iniquitas adeo habunda-
verat ut non dubitarent contra ecclesiasticam disciplinam et sacros canones statuta confingere
ad ipsos ecclesiasticas personas et ecclesiasticam libertatem, edictali lege huiusmodi statuta iniqua irri-
taverat et decreverat irrita nunciari et omnia statuta et consuetudines que Civitates
et loca potestates vel consules aut quecumque alie persone contra libertatem ecclesie vel personas
ecclesiasticas edere vel servare temptaverint contra canonicas vel Imperiales sanctiones de corporibus
capitularibus infra duos menses post ipsius legis publicationem penitus aboleri facerent
et si decetero talia attemptaverint ipso iure decreverat esse nulla et ea sua Iurisdictione
privata necnon locorum ubi talia deinceps presumpta fuissent banno mille marcarum
auri decreverat subiacere potestates vero consules statutarios et scriptores statutorum predictorum
necnon consiliarios locorum ipsorum qui secundum statuta et consuetudines memoratas iudica-
rent extunc esse ipso iure infames, quorum sententias et actus legitimos statuerat aliqua-
tenus non teneri. Quodque si per annum prefate constitutionis fuissent inventi contemptores
bona eorum per totum suum Imperium mandavit impune ab omnibus occupari salvis
nichilominus aliis penis bona eorum per totum suum Imperium contra tales in generali concilio
promulgatis.

Insuper voluerat idem Imperator quod nulla communitas vel persona publica vel privata
collectas seu exactiones angarias vel perangarias ecclesiis vel aliis piis locis aut
ecclesiasticis personis imponerent aut invadere ecclesiastica bona presumerent quod si secus facerent et
requisiti ab ecclesia vel Imperio emendare contempserint triplum refunderent et nichil-
ominus Banno Imperiali subiacerent a quo nullatenus absolverentur nisi prius ab eadem
beneficio absolutionis obtento.

Et insuper ordinaverat ut nullus ecclesiastica persona in criminali questione vel civili trahatur ad
iudicium seculare presumeret contra canonicas sanctiones et constitutiones Imperiales quod si secus fecerit
actor a suo iure cadet Iudicato non tenente Et Judex foret extunc iudicandi aucto-
ritate privatus. Verum Judices temporales qui clericis vel personis ecclesiasticis iusticiam denegarent presume-
rent tercio requisiti suam Iurisdictionem amitterent prout in dicta Imperiali constitutione ple-
nius continetur. Dictus vero predecessor noster constitutionem ipsam de consilio fratrum suorum sancte
Romane ecclesie Cardinalium auctoritate apostolica approbans et confirmans ipsam mandavit in mundo
inviolabiliter observari necnon statutarios et scriptores ac violatores predictos excommunicatos auctoritate
apostolica predicta publice nunciari. Et deinde ad audienciam clare memorie Karoli iiijti

et Romanorum Imperatoris semper Augusti deducto quod nonnulli seculares in potestatibus et officiis
publicis constituti videlicet Duces Comites Barones et alii domini temporales Rectores Consules
Civitatum Opidorum villarum et locorum rectores et nonnulli principes constituti dei timore
postposito proposito statuta singularia et iniquas ordinationes motu proprio de facto et publice iniuste
presumpserant contra Canonicas et legales sanctiones utpote quod nulla bona temporalia in Civitatibus
et maxime in ipsis cum alienationibus admitterent et quod coniugati layci et publice denun-
tiati in civili foro non repellerent et insuper cum predicti domini temporales Consules et Rectores
secularium potestatum res et bona occuparent clericos et arrestarent ac oblationes fidelium
diminuerent et restringerent / exactiones et tallias indebitas de bonis et redditibus clericorum
exigerent et extorquerent possessiones ecclesias et personas easdem devastarent incendiis et
rapinis / Contractus inter clericos et laycos factos levare ad libros civitatum villarum et locorum
predictorum inscribere et sigillare recusarent / donata et legata ad fabricas et ecclesias
structuras contra prelatorum voluntatem et alios quos interest contra iustitiam sibi usurpare pre-
sumerent et insuper ac odium clericorum de bonis et rebus clericorum quod non tamen ea intentione
negotiationis sed pro eorum propriis usibus per eorum terras ducebant seu duci faciebant / theolonia ex-
igere et recipere non verebantur / et confugientes ad Ecclesias et eorum Cimiteria inde extrahere
contra Imperiales sanctiones presumpserant / Idem Karolus Imperator tamquam Catholicissimus prin-
ceps volens in premissis providere remedio salutari cum de principum ducum Comitum Baro-
num fideliumque aliorum sacri Imperii consilio et auctoritate Imperiali quecumque statuta et consue-
tudines predicta tamquam per canonicas et Civiles sanctiones reprobata cassavit irritavit et
annullavit ac cassa et irrita nulliusque esse et roboris penitus voluit ac mandavit
// Precipiens sub indignatione Imperialis banni universis et singulis principibus ac dominis
Imperialibus temporalibus Consulibus potestatibus et aliis in officiis publicis constitutis ut infra
ipsorum statuta et ordinationes sic in impedimentum ecclesiastice libertatis edita fuerant omnino revocarent et
de libris tollerent Et quod similia non moderarent amplius nec similibus uterentur aut eisdem
in medio vel ex medio quolibet per se et eo ecclesiastica libertate potirentur // Promulgavit
insuper et eadem Imperiali decrevit auctoritate quod quicumque laycus cuiuscumque status vel conditionis
existeret ausu sacrilego et proprie temeritatis audacia sacerdotem vel clericum secularem vel
religiosum diffidaret proscriberet captivaret spoliaret occideret mutilaret aut in carcere
detineret ac huiusmodi maleficia perpetrantes scienter receptaret vel favore eis prestaret preter
penas a sacris canonibus et legalibus sanctionibus eis inflictas eo ipso redderetur infa-
mis ac omni honore privatus nec ad placita vel consilia nobilium admitteretur quomodolibet
Hortans insuper in domino et requirens prelatos in illis partibus constitutos ut legem Imperia-
lem huiusmodi per eorum ecclesias et Synodos publicarent ne transgressores huiusmodi presumptores
ignorantia suas valerent malitias excusare prout in edictali lege predicta plenius
continetur / Cum autem sicut exhibita nobis ex parte dilectorum filiorum sancti Blasii in et sancti
Ciriaci extra muros ecclesiarum decanorum Capitulorum et personarum et totius cleri Brunswicensis
Hildesemensis et Halberstadensis diocesium petitio continebat Nonnulli adeo quidam principes laycos
et duces temporales in Civitatibus terris et aliis locis earundem partium predictas malicias
moliverint / quod huiusmodi Imperiales sanctiones transgredi non verentur et ecclesiasticas
libertates violare presumunt pro parte dictorum decanorum Canonicorum et personarum predictarum
et cleri nobis fuit humiliter supplicatum ut eis semper super premissis de oportuno remedio providere
de benignitate apostolica dignaremur
Nos igitur vestigiis predicti predecessoris nostri inherentes huiusmodi supplicationibus inclinati dis-
cretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo vel unus vestrum per vos vel alium seu per vos vel
alios constitutos predictas imperiales [?] Civitatibus et diocesibus et in aliis locis earundem ubi et quando

[Left margin, beside lines 6–8:] ...tatem clericalem deferrent / ne clerici in sacris constituti / ad agendum et testificandum //

expedierit auctoritate nostra faciatis inviolabiliter observari transgressores seu violatores ac contemptores
tamquam sacrilegos predictos necnon contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam
appellacione postposita compescendo Invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis
non obstante si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum quod interdici sus-
pendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac
de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem Datum Rome apud sanctum Petrum ii nonas aprilis
pontificatus nostri Anno sexto

Item Karolina

Karolus quartus divina favente clemencia Romanorum Imperator semper Augustus et Bohemie
Rex Ad perpetuam rei memoriam Et si Imperialis benignitatis clemencia quoslibet devotos
fidelium quos sacri Romani ambit Imperii circumferencia debito teneatur iuvaminibus et iniustis
oppressionibus relevare de oportunis remediis providendo ad illos tamen pre ceteris dirigit intuitus mentis
affectum quos indebite pati cognoscimus quorum oppressionibus status ecclesiastice libertatis quam priscis
nostris temporibus augeri volumus in nichilum redigitur et minus debitum perpetratur Sane
ad Imperialis maiestatis audienciam ex parte honorabilium prepositi decani et aliorum prelatorum et capituli
Magdeburgensis ecclesie devotorum nostrorum dilectorum insinuacione querulosa supplici est deductum
quod seculares quidam in potestatibus et officiis constituti videlicet duces Comites Barones et alii domini
temporales necnon consules Civitatum opidorum villarum et locorum rectores dicte Magdeburgensis
Maguntinensis et Coloniensis provinciarum Dei timore postposito statuta singularia et iniquas or-
dinaciones motu proprio et de facto contra personas ecclesiasticas ecclesiarum libertates et privilegia condiderunt
atque publice et de facto incessanter promulgare presumpserunt contra leges civiles et canones sanctos puta quod
nulla bona temporalia in personam ecclesiasticam transferantur Necnon clerici in sacris ordinibus constituti
ad agendum et testificandum in civilibus et maxime in piis causis aliquatenus admittantur
quin immo tamquam laici et publice denunciati in civili foro minime repellantur

Item prefati domini temporales consules et rectores secularium potestatum res et bona clericorum occu-
pant et arrestant oblaciones fidelium diminuunt et restringunt exacciones et tallias indebite
de bonis et redditibus ecclesie exigunt et extorquent possessiones dicte ecclesie et personarum earum
devastant incendiis et rapinis Contractus inter clericos et laycos factos et litteras ad libros
Civitatum villarum et locorum recusant inscribere et sigillare devota et legata ad fabricas
et ecclesiarum structuras contra prelatos votorum et aliorum quorum interest presumunt usurpare contra iusti-
ciam in fraudem et a clericis de bonis et rebus ipsorum clericorum quas non causa negociacionis sed
pro usibus propriis per eorum districtus ducunt seu duci faciunt theoloneum exigunt et recipere non verentur
et confugientes ad ecclesias et Cimiteria inde contra sanctionem Imperialem extrahere presumunt que
omnia et quelibet alia huiusmodi statuta contra sacros Canones et Canones sanctos contra se promulgata sunt
et in fraudem ecclesiastice libertatis de facto presumpta de principum ducum Comitum Baronum fide-
lium nostrorum consilio certa sciencia auctoritate Imperiali cassamus irritamus et annullamus cassaque
irrita et nullius esse momenti penitus decernimus et expresse denunciamus Principes
sub indignacione Imperialis Regni universis et singulis decanis Magdeburgensis Maguntinensis
Coloniensis provinciarum et locorum vicinorum principibus et dominis temporalibus consulibus
potestatibus et in officiis publicis constitutis quatenus mox visis presentibus dicta ipsorum statuta et ordinaciones
in preiudicium ecclesiastice libertatis edita sunt omnino revocent et de libris tollant ymmo
ea non iudicent amplius nec similia dictent contra easdem in iudicio vel extra iudicium
quominus ipse et ecclesiastica libertate pacientur

Item pronunciamus et declaramus imperiali auctoritate quod quicunque laycus cuiuscunque status vel condicionis existit ausu sacrilego et spiritu temerarie audacia sacerdotem vel clericum secularem vel religiosum diffidaverit vel captivaverit fecerit procuraverit spoliaverit occiderit mutilaverit aut in carcere detinuerit aut huiusmodi malicia perpetrantes scienter receptaverit vel favorem in hiis eis prestiterit preter penas a sacris imperialibus et canonicis sanctionibus eis inflictas sint ipso facto infames et omni honore privati nec ad placita vel ad consilia nobilium admittendi quomodolibet volumus et hortamur et requirimus ipsos prelatos ut huiusmodi legem et constitucionem in synodis et sermonibus publice pronuncient et nominatim contravenientes penas et similes denunciet ne imposterum contradicentes per simulata ignorantia suas malicias valeant excusare Nulli ergo hominum omnino liceat hanc nostre cassacionis et irritacionis seu pronunciacionis et denunciacionis paginam ausu temerario infringere aut ei quolibet contraire sub pena quinquaginta marcarum puri auri quas ab eo qui contrafecerit tociens quociens contrafactum fuerit irremissibiliter exigi volumus et earum medietatem nostri imperialis camere residuam vero partem iniurias passas usibus decernimus applicari Signo et sigillum principis nostri presentibus hiis et datum Constancie Anno domini millesimo quadringentesimo xv xvi die mensis Julii regnorum nostrorum anno 30 imperii vero xxxiii

528-9

Item dicta sancta synodus Constanciensis omnes et singulas causas et causas heresium contra erronea et perversa doctrina dampnate memorie Jo Huss heretici in regno Bohemie et in Germania exortas sapientes et cismaticas contra vel circa contra quascunque personas cuiuscunque status vel condicionis aut preeminencie existant et quacunque prefulgeant dignitate emergentes videlicet Jo Huss et doctrina predicta eorundem fautores defensores et sequaces reverendis in Christo patribus et dominis patriarche Constantinopolitano et Johanni episcopo Silvanectensi commisit et commisit audiendum cognoscendum decidendum et fine debito terminandum cum omnibus et singulis suis emergentibus incidentibus dependentibus et connexis cum potestate citandi personaliter omnes et singulos et singulariter suis suspectos infideles ibi degentes et circa eos in genere et nominatim nominandos tanquam et divisim in curiam Constanciensem per edictum publicum et in partibus ac in locis convicinis affigendum et publicandum cui ad easdem partes pro quibus ad predictos de fide suspectos per huiusmodi citacionem conquerenda tutus non pateat accessus habita de premissis informa super summaria imposterum Non obstante quod alias prefata synodus Judicibus et generalem quamcumque heresium causas commiserit usque ad diffinitivam sentenciam exclusive cognoscendum coram quibus adhuc pendent indecise et aliis contrariis non obstante quibuscumque

Item prefata sancta synodus vult ordinat atque decernit quod iudices aliis heresis causis deputandis alias per concilium predictum deputati/ circa causas aliis absentibus possint et valeant in ipsis procedere et eas in predictis causis procedere ut eo facilius commode sint et celerius cause huiusmodi terminentur in genere facientibus quibuscumque non obstante

Item cum absentes causa rei publice concilii persone in ecclesiis in quibus beneficiati sunt presentes merito reputentur Ideoque ut omnes et singuli beneficiati huius sacri concilii presentes et qui ad illud pro tempore accesserint eo commodosius ipsi concilio interesse et in illo usque ad finem debeant remanere dictum concilium statuit et decrevit quod ipsi omnes et singuli

528-531

presidentibus seu presentibus interim in suis beneficiis sunt habendi ita quod omnes et singulos redditus fructus et proventus suorum beneficiorum ac residentie personalis in ipsis beneficiis in quibus residebant aut in quibus residerent si eiusdem concilii presencia

seu inexistencia eis non obstante, ac eciam alii curiales beneficiati qui de suis beneficiis
ad presentem concilium non accesserunt aliis tamen presentes in curia in eodem concilio labo
raverunt, eciam si prima non fecerint residenciam personalem consuetam omnes tamen beneficia
per quos eos vigore huius decreti eosdem beneficiorum obsequiis de aliis suis benefi
ciis de iure et consuetudine privilegio aut literarum suorum superiorum semper salvis, eciam si
canonicatus prebendas aut dignitates personatus vel officia in metropolitanis et cathedralibus
maiores seu collegiatis ecclesiis ~~huius~~ huiusmodi principales fuerint durante ipso con
cilio atque in eodem permanentibus etiam si a tempore arrepti itineris huiusmodi ad presentem
concilium quousque ad eadem sua beneficia ipso concilio finito comode redire poterint
aut quamdiu curiales in eodem concilio laboraverint cum ea integritate percipere valeant
et debeant cum qua illos perciperent si in presencia suis beneficiis interim personaliter residerent
et administrarent in eisdem, cotidianis distribucionibus dumtaxat exceptis quibus non
obstantibus quibuscumque et contradictoribus compescendis in cancellaria si fuerit oportunum

Quo statuto sic ut premittitur lecto omnes fuerint nomine quatuor nacionum et cardinalium
verbum placet

Item dicta sancta synodus statuit et ordinat et decernit quod littere super quibuscumque provi
sionibus ad quascumque patriarchales metropolitanas et alias cathedrales ecclesias et mo
nasteria de quibuscumque personis per dominum olim Johannem papam XXIII usque ad ipsius administracionem
in spiritualibus et temporalibus suspensionem factas de quibus per librum cancellarie etc. et per
et dominum Jo. episcopum Ostiensem sancte Romane ecclesie vicecancellarium et cancellarie apostolice constabit per
eundem episcopum et cancellariam sub nomine et bulla dicte synodi possint et debeant
expediri, tamen maiori nacionum deputatis sibi ~~communibus~~ assistentibus, et hoc nisi ex libro ipso
promocionum seu scilicet cancellarie appareat obstaculum vel aliud canonicum impedimentum 532

Item omnes fuerint ad hoc decretum placet contradicentibus tamen domino patre domino Ameneo
episcopo et domino domino Ragusino ambassiatore et nuncio regis Aragonum et palatino di
con ~~...~~ ~~...~~ omnia sua verba non placet et petivit vlterius clam vnde et ~~...~~
nisi ex libro ipso etc.

Super quibus approbacionibus et decretis vestris viri H. de Piro et Jo. de Sebanus promotores
concilii petierunt apostolicis etc. more solito instrumentum vel instrumenta etc.

Sacro sancta Synodus etc. Magnifico principi et dno Alexandro alias Wytholdo Magno duci Lythwanie salutem in dno sempiternam. Strenuus et nobilis Jacobus de [illegible] procurator magnifice dne regis Polonie frater tuus ac Bern[ardus] [illegible] hospitalis sancte Marie domus Theutonicorum certas sacri Synodi literas quarum veras copias tue magnificencie adhoc ut te opinionem de premissis non lateat presentibus comisimus includi. Unde quemadmodum prelibatum dnum regem Polonie etc. ad succurrendum calamitatibus ac pressuris que ob absenciam invictissimi principis dni Romanorum et Hungarie etc. regis [illegible] ubi [illegible] pardua occupati negacia in regno Hungarie nuper innovata dolenter recepimus sacra Synodus invocat sic et tuam magnificenciam per viscera misericordie dei presentibus obsecrat et hortatur quatenus exemplo tamen fidei orthodoxe cuius propagator existis una cum prefato dno rege Polonie ceterisque amborum vestrorum subditis prefati gentes Thurcorum crucifixi [illegible] inimicorum quantum tibi possibile fuerit vel in manu potenti et brachio extento repellas ac prout tua necessitas forsan exegerit regi et regno Hungarie predictis assistencie necessaria facere in premissis. Et ne ceterum contrariare [illegible] predictum dnum regem Polonie vos atque vestros super certis quaestionibus et dissensionibus [illegible] ac ordinem [illegible] dni [illegible] suscitatis et pendentibus a succursu tam ardua tua magnificencia distrahatur sicud ipsos sic et tuam claritatem seducealiter in dno deprecamur [illegible] quatenus treugas pacis alias inter vos hincinde presumptas imitas si pax ultimata medio tempore inter vos forsan fieri comode non possit velitis inviolabiliter observare presertim de transitu libero ac securo si opus fuerit gentibus predicti ordinis in subsidium regni Hungarie supradictum transire volentibus per terras dominia tue magnificencie placeat favori fidei katholice [illegible] et prout oportunitas exegerit indulgere. Gratum deo ac vel [illegible] [illegible] nobis hoc agentes [illegible] ac [illegible] iusta vicissitudinem dignissimam regi et regno Romano et regno [illegible] pietatis opus in hac parte impensuris. Datum Constancie [illegible] die mensis Augusti Anno dni etc. Apud [illegible] [illegible]

Sacrosancta Constanciensis Synodus Universalem dei ecclesiam representans in spiritu sancto legitime congregata excellenti et glorioso principi dno Wladislao Regi Polonie illustri pacem in eo per quem reges regnant et ipsis regibus dat salutem. Licet cunctis principis gloriose sacra Synodus [illegible] altitudinem [illegible] que ad pacem [illegible] ecclesie [illegible] desiderat successibus [illegible] tanquam fidei orthodoxe [illegible] solidissimum adprosecucionem [illegible] u[el] [illegible]
